JOANNIS JAHN,

AA. LL. PHILOS. AC THEOL. DOCT., ECCLES. METROP. AD ST. STEPH. VIENNAE CANON. CAP., ARCHIEP. CONSISTORII CONSIL., LL. OO., ARCHAEOL., INTROD. IN V. T. ET DOGM. PROF. C. R. P. ET O. EMER.

ELEMENTA ARAMAICAE SEU CHALDAEO-SYRIACAE LINGUAE,

LATINE REDDITA, ET NONNULLIS ACCESSIONIBUS AUCTA

AB

ANDREA OBERLEITNER,

ABBATIAE ORD. S. BENED. AD SCOTOS VIENNAE PRESB. CAPIT., S. S. THEOLOG. DOCT., DIALECTORUM ORIENTAL. ET EXEG. BIBL. IN C. R. SCIENTIAR. UNIVERS. VIENN. PROF. P. E.

VIENNAE,

TYPIS ET SUMTIBUS ANTONII SCHMID,

MDCCCXX.

REVERENDISSIMO

ILLUSTRISSIMO AMPLISSIMO AC MAGNIFICO

DOMINO DOMINO

ANDREAE WENZEL,

ORD. S. BENED. ABBATI B. M. V. AD SCOTOS VIENNAE, ET S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI DE TELKY IN HUNGARIA; S. C. R. A. M. CONSILIARIO AULICO; ART. LL. PHILOSOPHIAE AC S. S. THEOLOGIAE DOCTORI; SUPREMAE STUDIORUM COMMISSIONIS AULICAE REFERENTI; RECTORI MAGNIFICO BIS EMERITO IN UNIVERSITATE VINDOBONENSI; FACULTATIS THEOLOGICAE PRAESIDI AC STUDII THEOLOGICI DIRECTORI; PROVINCIALIUM INF. AUSTRIAE STATUUM DEPUTATO; C. R. OECONOMICAE SOCIETATIS VINDOB. MEMBRO; PATRONO SUO GRATIOSISSIMO

Huncce libellum

Fiducia optima commendat,

Animo gratissimo inscribit,

Veneratione summa dedicat

Devotissimus

And. Oberleitner.

PRAEFATIO

AD HANC EDITIONEM ALTERAM.

Grammaticae aramaicae, quae Auctore Clar. *Joanne Jahn* Viennae anno MDCCXCIII. prodierat, novam editionem longius jam desiderari, anno elapso mihi significavit bibliopola, precibus additis, ut, cui Auctoris pie defuncti hoc obtigerit docendi munus, edendi quoque curam nunc in se susciperet. Cui jam negotio, permolesto quamvis mihi et omnino ingrato, ob multiplices muneris nuper suscepti labores, nihilo minus me subtrahere non posse, facile quum intellexissem, manus tamen tunc jam temporis rei admovere, aegrae ultra semestrem valetudinis ratio prohibuit; quare non nisi hoc demum anno, viribus Dei

O. M. benignitate feliciter recuperatis; rem omnino jam necessariam faventibus scholarum feriis perficere sum conatus.

Simplicem vero libri repetitionem, eamque in vernacula lingua, auditorum usui non amplius satisfacere vidi. Nam inde ab anno MDCCXCIII., quo haec Grammatica primum typo fuerat vulgata, longe diversae temporum rerumque rationes natae sunt. Decreto caesareo-regio latinus jam sermo in publicis praelectionibus fuerat praescriptus; quare latina novae hujus editionis versio omnibus in universum auditoribus haud dubie in optatis esse debuit, ne latine in collegiis academicis exposita in diversa, vernacula quamvis, lingua privata sua industria ex Grammatica percipere deberent.

Multi tamen auditorum latinam versionem omnino extorserunt, qui maximam partem ex regnis: Hungaria, Galicia, Lombardo-Venetiano, Illyrico, imo non raro

e terris quoque exteris, vernaculae nostrae vel minus bene, vel plane non periti, ex defectu commodi in privatum usum subsidii exponenda in collegiis vel utcunque calamo excipere, (a quo facile abhorret animus), vel gravi cum laboris molestia temporisque dispendio ex aliis Grammaticis conquirere deberent.

Praeterea simplicem libri repetitionem, per se jam satis molestam, nunc post spatium triginta fere annorum, qui inde a theodisca hujus libri editione praeterlapsi sunt, multis quoque non probatum iri facile cognovi; angustiores tamen, quibus elementa Grammaticae circumscribuntur, limites in addendis parsimoniam, in mutandis prudentiam suaserunt, quam parsimoniam urgens porro celerioris editionis necessitas, et (non pudet fateri) minor, hactenus mihi collecta, in rebus aramaicis notitiarum supellex satis libenter comprobavit. Interim ne illorum quidem, quae, parcius quamvis, in hac occurrunt Gramma-

tica, omnia et singula fusius ac minutius in collegiis academicis esse exponenda, paucis monuisse sufficiat; sequor nimirum in praelectionibus publicis methodum, de qua satis superque jam dixit Clar. *Dr. Jahn* in praefatione ad Grammaticam linguae hebr. III. Edit. — nunquam memor verborum, ibidem pag. LX. et LXI. occurrentium: „Seligenda itaque sunt ex Grammatica sola praecipua, quae tironibus prae reliquis sunt necessaria, inprimis paradigmata flexionum, praetermissis exceptionibus et anomaliis; nam et hae, et reliqua grammaticalia omnia privatae lectioni, pro ratione temporis et otii, committenda, et hinc inde interpretationi, ubi occasio se offert, interserenda sunt; ita enim, quia penes dissimilia occurrunt, et exemplo, in interpretatione obvio, suffulciuntur, felicius inhaerent memoriae." — Ceterum, quae adjeci aut mutavi, nullam fere partem mea possum declarare, quae potius duumviris praecipue, in rebus Orientis inter aetatis nostrae principes numerandis, Vi-

ris doctissimis et sagacissimis: *Vatero* et *Gesenio* animo gratissimo accepta refero.

Methodus nimirum in universum semiticarum linguarum Grammaticam exponendi nostris temporibus multum est mutata; alia obtinet libri in partes divisio, aliusque rerum tractandarum ordo, isque saepe haud dubie in gratiam et perspicuitatis et brevitatis; multae porro doctrinae, v. c. de pronominibus et nomini et verbo suffixis, de variis nominum declinationibus, de diversis verborum regularium, et trium, et plurium literarum, speciebus, de anomalis verborum irregularium flexionibus, ceteris — quam maxime sunt excultae, et ad captum facillimae proponuntur ope paradigmatum, miro ingenii acumine excogitatorum; quaelibet fere Grammaticae pars gravi et benigno dialectorum cognatarum testimonio et confirmari et illustrari solet, (id quod pro hebraica lingua inprimis praestitit Clar. *Dr. Gesenius*), unde fieri non potuit, quin multum et certitudinis, et lu-

cis in ipsas quoque sorores adjutrices redundaret.

Quorum jam omnium nonnulla, quae elementa Grammaticae videbantur permittere, in hancce Grammaticam a me vel plane translata, vel saltem auditorum industriae commendata fuisse, nemo aequus rerum judex facile negabit. Tertiam quoque libri partem de Syntaxi libenter adjecissem, nisi paulo longior fuisset disponendi labor; quem urgens jam editionis necessitas prohibuit; praeterea methodus Auctoris, qui singulis statim orationis partibus maxime necessaria de Syntaxi adsperserat, modestis adhuc tironum desideriis omnino sufficere videbatur.

Ordinem vero quod adtinet singularum orationis partium exponendarum, religiose adhaerebam Auctori meo, quem ipsum audiamus defensorem, hac de re praeclare, ut solet, ita disputantem: „Sed dicamus, quod res est: methodus dicendi requirit,

ut inchoetur, non ab eo, quod in re primum est, sed ab eo, quod in doctrina de hac re praecedere debet propterea, quia reliqua ex eo lumen capiunt, nec sine eo intelliguntur. Idcirco primum locum sibi vendicant Pronomina, sine quibus nec suffixa Nominum et Verborum, neque flexiones Verborum, quae a Pronominibus personalibus desumuntur, doceri, aut intelligi possunt. Secundum locum deposcit Nomen, cujus flexiones in Genus foemininum, in Numerum pluralem, et in Statum constructum, jam cognitae esse debent, cum tractatur de Participiis Verborum. Quis itaque non videt, ordinem esse perversum, si, nondum cognitis Pronominibus et Nominibus, agatur de Verbis et Participiis? —" *Jahn* Gramm. linguae hebr. Edit. III. Praef. pag. VI. VII. Multo tamen copiosius, et ex professo quasi de eadem re disserit in praefatione ad hanc Grammaticam aramaicam pulcherrima, atque eruditis ob argumenti gravitatem carissima, quam propterea ingeniosam Viri, in literis Orientis immortalis,

dissertationem, ne forte labentibus annis quaeratur, nec facile inveniatur, intactam vero, huic quoque editioni latinae adpendicis loco subjunxi. — Idem porro partium orationis ordo, per se planus, auditoribus quoque ex Grammatica hebraica jam est familiaris, quos non revereri, eosque alio iterum ordine frustra turbare, nefas putavi.

Ex eadem notitiae prioris, auditoribus jam familiaris, ratione Auctorem sequutus sum in variis technicis Grammaticorum terminis, in *formis* v. c., quas alii, tantum non omnes, *conjugationes* dicunt, in *suffixis*, quae *Vaterus adjectiva* adpellat *pronominalia*, in temporibus: *Aoristo* I. et II., quae nominant *praeterita* et *futura*, ceteris — de quibus alioquin fere omnibus sub judice lis est.

Caret quidem adhuc aramaica Grammatica vasta illa materiae ubertate, rerumque certitudine, quam conciliarunt arabi-

cae v. c. immortales praecipue Illustr. *Silv.* de *Sacy* labores, aut hebraicae inprimis mira et ingeniosa *Gesenii* diligentia, ut taceam longam eruditorum seriem, qui in harum linguarum Grammatica continuo perficienda insigni cum laude desudarunt. Nonnihil tamen aramaicae quoque Grammaticae excolendae studuerunt aliqui recentiorum, quorum Clar. *Dr. Vaterus* inprimis maxima cum veneratione mihi est commemorandus, ex cujus opere praestantissimo: Handbuch der hebräischen, syrischen, chaldäischen und arabischen Grammatik. Zweyte Ausgabe. Leipzig, 1817 — quamplurima depromsi, praecipue in doctrina de pronominibus, et nomini, et verbo suffixis, de nominum declinationibus, de verbis irregularibus, inprimis ultimae radicalis א ו, cet.

Clar. *Dr. Gesenius* quoque in multis locis Grammaticae hebraicae recentissimae: Ausführliches grammatisch-kritisches Lehrgebäude der hebräischen Sprache mit Ver-

gleichung der verwandten Dialecte. Leipzig, 1817 — diligenti et erudita dialectorum collatione multum laudis de Aramaismo illustrato sibi paravit, cui libro si accesserit Lexicon hebraeo-latinum, largissima quoque dialectorum luce illustratum et exornatum, (id quod Clar. Auctor nuper promiserat), immensum habebimus scientiarum thesaurum, atque omnis, et grammaticalis, et lexicographicae, perfectionis quasi exemplar.

Nec silentio praetereunda insignis Clar. *Car. Agrellii* industria, quam saepius jam, et nuper iterum comprobavit praeclaris commentationibus: De Varietate Generis et Numeri in LL. OO. P. I. et II. Lundae, MDCCCXV.; Otiola Syriaca. Lundae MDCCCXVI; De Dictione N. F. — qua ultima usum simul linguae aramaicae in SS. literis interpretandis, ejusque necessitatem confirmavit; quam linguae aramaicae necessitatem omnium recentissime oculis subjecit Clar. *Ant. Th. Hartmann* in

opere: Linguistische Einleitung in das Studium der Bücher des A. T. Bremen, 1818 S. 340—375.

Ipse denique hujus libri Auctor, Clar. *Dr. Jahn*, p. m. firma jam et solida hujus suae Grammaticae, a perspicuitatis non minus, quam brevitatis laude insignis, posuerat fundamenta, quibus propterea confidentior audaciorque pauca quaedam superstruere sum conatus, quae, levioris per se ponderis, primaque incerta pericula, illis tamen firmamentis imposita, securitatis aliquid nancisci videbantur. Illud ceterum ipse vel maxime doleo, librum huncce nostrum, tristi fato citius orbatum, paterna Viri, prius defuncti, nunc caruisse sollicitudine, nec praeter optimam mei in ipsum voluntatem, aliquid in mea cura invenisse solatii. Multum itaque abfuit, ut tenuioribus hisce laborum primitiis ullam mei ipsius laudem, vel aliquod auctoris nomen, aut immodestus quaererem, aut me plane invenisse, stultus pu-

tarem, ut potius, absque ulla ambitione, soli urgenti cedens necessitati, justis auditorum, de necessarii subsidii defectu longe jam conquerentium, desideriis quamprimum satisfacere studerem; quare in parvo hocce, bono tamen, meo conatu benigna exspecto lectorum judicia.

Mistlbach, die XV. Octobris,
MDCCCXIX.

Andreas Oberleitner.

GRAMMATICAE ARAMAICAE

LIBER I.

PROLEGOMENA

De Scribendi et Legendi Elementis.

§. 1.

DE NOMINE ARAMAICAE LINGUAE.

Lingua, quam pro 2. Reg. 18, 26., Dan. 2, 4. *aramaicam* dicimus, a regione *Aram*, in qua olim viguit vernacula, nomen habet. Quae regio quum latissimus esset terrae tractus, qui a mari mediterraneo per Syriam et Mesopotamiam ultra Tigrim procurreret; fieri non potuit, quin lingua per has terras in varias abiret dialectos, quarum duae principales tulerunt aetatem. Prior, vulgo

chaldaica, rectius vero babylonica, assyrica seu *aramaica orientalis*, olim in Babylonia, Assyria, et post Hebraeorum exilium in Judaea etiam fuit vernacula; posterior, *syriaca*, seu potius *aramaica occidentalis*, non in sola Syria, sed etiam in Mesopotamia, et post exilium in Galilaea quoque dominabatur. Ambae dialecti paucis, fere solis literarum figuris, atque vocabulorum pronuntiatione inter se differunt, quare et communi *aramaicae* linguae nomine utramque complectimur, et grammaticam utriusque in gratiam perspicuae brevitatis non minus, quam varietatis jucundae, una exponimus.

§. 2. DE LITERIS.

Plures quidem notae sunt Aramaeorum scribendi rationes seu alphabeta, Mendaeum seu Sabiorum v. c., Nestorianum, duplicatum, Estrangelo, Adlerianum, Maroniticum seu Jacobiticum, quod simplex quoque dicitur; conf. *Michael.* Gramm. Syr. p. 14--21. *) Nostri tamen libri *chaldaici* quum

*) Ad saeculum VIII. usque praecipue dominabatur alphabetum Estrangelo; saeculo IX. Nestorianum, X. denique Maronitae et Jacobitae *simplici* usi sunt scriptura, quae postea in codicibus quoque manuscriptis retinebatur. Conf. Assem. Bibl. orient. Tom. IV. p. 378.

hebraicis literis, *syriaci* autem maroniticis literis typo exhibeantur, in elementis quoque hujus institutionis de illis tantum literis nobis erit sermo. Hebraicas literas jam notas supponimus. Syris etiam numero 22. sunt literae; eaeque tantum consonantes, a dextra sinistram versus scribendae, ac legendae, quae vero non, ut hebraicae, solae et separatae scribuntur, sed cum litera praecedenti, et maximam partem quoque cum sequenti conjunctae, pro loci, quem in vocabulo obtinent, diversitate figuras suas nonnihil immutant. Alia enim est figura literae initialis, quae soli literae sequenti; alia medianae, quae utrinque; alia finalis, quae soli praecedenti; alia denique absolutae seu separatae, quae nulli annectitur. Varias illarum et separatarum et conjunctarum figuras, nomina porro, potestatem et ordinem sequens exhibet tabula.

Ordo.	Nomen.	Figura extra finem dict. non annexa praecedenti	Figura extra finem dict. annexa praecedenti	Figura in fine dictionis annexa praecedenti	Figura in fine dictionis non annexa praecedenti	Potestas.	Literae chaldaicae
1	Olaph ܐܠܦ	ܐ	ܐ	ܐ	ܐ	spiritus lenis Graecorum	א
2	Beth ܒܝܬ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	B. V.	ב
3	Gomal ܓܡܠ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	G	ג
4	Dolath ܕܠܬ	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	D	ד
5	He ܗܐ	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	H	ה
6	Vau ܘܐܘ	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	W	ו
7	Zain ܙܝܢ	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	ζ Graecor. ç Gallor.	ז
8	Cheth ܚܝܬ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	Ch vel hh gutturalis	ח
9	Teth ܛܝܬ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	T	ט
10	Jud ܝܘܕ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	J	י
11	Coph ܟܦ	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	K Germanor.	כ ך
12	Lomad ܠܡܕ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	L	ל
13	Mim ܡܝܡ	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	M	מ ם
14	Nun ܢܘܢ	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	N	נ ן
15	Semcath ܣܡܟܬ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	S	ס ש
16	Ee ܥܐ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	Viva tantum voce docenda	ע
17	Phe ܦܐ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	F vel P	פ ף
18	Tsode ܨܕܐ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	Ts	צ ץ
19	Kuph ܩܘܦ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	K guttur.	ק
20	Risch ܪܝܫ	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	R	ר
21	Schin ܫܝܢ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	Sch German. sh Angl.	ש
22	Thau ܬܐܘ	ܬ	ܬ	ܬ	ܬ	Th	ת

1. Omnes Syrorum literae, praeter octo: ܐ, ܕ, ܗ, ܘ, ܙ, ܨ, ܪ, ܬ, §. 5. I. sequenti literae annectuntur, et in fine dictionis pleraeque addita lineola incurva, nonnullae vero singulari figura immutantur; unde ejusdem literae diversae natae sunt figurae, quarum *prima* tabulae columna exhibet illas, quae initio vocabulorum, et in medio post octo illas literas, sequenti non annectendas, *secunda*, quae in medio post reliquas, sequenti quoque annectendas, *tertia*, quae in fine post literas, sequenti annectendas, *quarta* denique, quae in fine post octo, sequenti non annectendas, usurpantur. Eadem quarta columna simul exhibet figuras literarum separatarum.

2. In favorem memoriae non omnes literae eodem tempore sunt docendae, sed potius dividendae in plures classes, quarum pro literarum figuris, similitudine sibi propinquis, facile statuuntur sequentes:

I.	II.	III.	IV.
ܝ Jud	ܢ Nun	ܫ Schin	ܡ Mim
ܚ Cheth	ܓ Gomal	ܣ Semcath	ܟ Coph
ܕ Dolath	ܠ Lomad	ܗ He	ܒ Beth
ܪ Risch	ܥ Ee	ܬ Thau	ܦ Pho
ܙ Zain	ܘ Wau	ܛ Teth	ܨ Tsode
ܐ Olaph	ܩ Kuph		

Literae, ob figurarum similitudinem accuratius distinquendae, sunt

ܙ	ܒ	ܕ	ܘ	ܢ	ܓ	ܥ
ܐ	ܟ	ܪ	ܩ	ܢ	ܠ	ܥ
	ܦ		ܫ		ܬ	

§. 3. DE NUMERALI LITERARUM VALORE.

Ordo quidem literarum syriacarum alphabeticus cum hebraicis literis prorsus idem est; in numeris vero exprimendis syriacae quaedam habent singularia, ut sequens docet tabula.

Olaph	ܐ	1	Semcath	ܣ vel ܘ̇	60
Beth	ܒ	2	Ee	ܥ — ܙ̇	70
Gomal	ܓ	3	Phe	ܦ — ܚ̇	80
Dolath	ܕ	4	Tsode	ܨ — ܛ̇	90
He	ܗ	5	Kuph	ܩ — ܝ̇	100
Wau	ܘ	6	Risch	ܪ — ܟ̣	200
Zain	ܙ	7	Schin	ܫ — ܠ	300
Cheth	ܚ	8	Thau	ܬ — ܡ	400
Teth	ܛ	9	Nun	ܢ̇	500
Jud	ܝ	10	Semcath	ܣ̇	600
Koph	ܟ vel ܟ̇	20	Ee	ܥ̇	700
Lomad	ܠ — ܓ̇	30	Phe	ܦ̇	800
Mim	ܡ — ܕ̣	40	Tsode	ܨ̇	900
Nun	ܢ — ܗ̣	50			

ܐ̗ 1000	ܒ̗ 2000	cet.
ܐ̱ 10,000	ܒ̱ 20,000	—
ܐ̱̂ 100,000	ܒ̱̂ 200,000	—

Numeri fracti duabus sibi impositis literis indicantur,

v. c. ܐ/ܒ sive ܐ/ܒ ½, ܐ/ܓ sive ܐ/ܓ ⅓, ܐ/ܬ sive ܐ/ܬ $\frac{1}{400}$ cet.

§. 4. DE VOCALIBUS.

Vocales quoque librorum chaldaicorum, cum hebraicis quippe easdem, notas postulamus. Syri vero ab initio haud dubie simplici utebantur puncto, quod diverso suo situ veram pronuntiationem vocum ambiguarum vel rariorum indicavit, (*vide sis I. hujus libri adpendicem*), ex quo puncto longe ante saeculum VI. tria oriebantur sonorum auxiliarium signa, quae cum ipsis literis syriacis saeculo V. aut VI. ad Arabes transierunt. Conf. *Jahn* Introd. in V. F. §. 96., et ejusdem Grammat. hebr. 3. edit. §. 4. Saeculo demum VIII. Theophilus Edessenus, teste Barhebraeo Dyn. X., p. 132., astronomus praeclarus, Maronita, in sua Homeri ex Graeco in Syriacum versione quinque Graecorum vocales adoptavit, sed tria quoque prisca vocalium signa duobus aliis creverunt, quare duplicis generis sequuntur vocalium signa, nimirum

Graeca Theophili Edesseni:		Prisca Jacobi Edesseni:		
ܰ Pethocho,	a	ܲ sive ܲ	ܕܰܝܰܪ vel ܕܲܝܲܪ	*dajar.*
ܶ Rebozo,	e	ܷ sive ܶ	ܣܶܢ ܣܶܢ vel ܣܷܢ ܣܷܢ	*sen.*
ܺ Chebozo,	i	ܻ sive ܺ	ܕܺܝܢ ܕܺܝܢ vel ܕܻܝܢ ܕܻܝܢ	*din.*
ܳ Sekopho,	o	ܵ	ܪܳܕܝܳܐ vel ܪܵܕܝܵܐ	*rodjo.*
ܽ Ezozo,	u	ܘܼ sive ܘܿ	ܣܽܘܥܳܢܳܐ vel ܣܘܼܥܵܢܵܐ, ܣܘܿܥܵܢܵܐ	*sojuno.*

Nota 1. Puncta vocalis Sekopho cum puncto literae ܪ coalescunt, ut: ܕ̈ܪܐ, *dro.*

2. Vocalis Ezozo, sive graeca figura, sive punctis expressa, habet fulcrum ܘ, exceptis duabus vocibus: ܟܽܠ *universitas*, ܡܶܛܽܠ *propter.*

Cul
metul

In recentioribus libris syriacis solae graecae vocalium figurae, in antiquioribus vero, v. c. in Polyglottis Londin., Guthirii N. F., cet. graecae figurae cum punctis promiscue occurrunt. Praeterea nec situs horum signorum supra vel infra lineam solet sibi constare.

§. 5. NOTANDA DE CONSONANTIBUS.

I. ܐ ܕ ܗ ܘ ܙ ܨ ܪ ܬ cum praecedenti tantum litera, reliquae omnes cum praecedenti et sequenti simul conjunguntur.

II. Quinque, ut in lingua hebraica, adsunt literae finales, tres cum hebraicis eaedem: ܟ ܟ, ܡ ܡ, et ܢ ܢ; pro ף et ץ vero ܠ et ܠ.

III. ܐ se accomodat sequenti ܠ, prout ܠ quoque sequenti ܐ, ut: ܐܠܳܗܳܐ *aldho* pro ܐܰܠܳܗܳܐ, ܠܳܐ *lo* pro ܠܳܐ. Saepe ܐ initiale innectitur ܠ finali praecedentis vocis, ut: ܥܰܠܐܰܪܥܳܐ *al aro*, pro: ܥܰܠ ܐܰܪܥܳܐ. ܠ, in fine vocis duplex, sic conjungitur: ܠܠ, ut: ܡܰܠܶܠ *malel.*

IV. Quiescentes literas, quae nimirum ipsae non audiuntur ob praecedentem vocalem, cujus

sonum induunt, non nisi tres numerant Syri, ܐ ܘ ܝ. In fine vocis ܐ plerumque quiescit in ܳ et ܶ, ܢܒܺܝܳܐ, ܚܰܛܳܝܶܐ; raro in ܰ, ܩܽܘܡܰܐ. In medio vocis quiescit in ܶ, et maxime in ܺ, ut: ܡܳܐܟܘܠܬܐ, ܡܺܐܡܰܪ. Si vero in aliis etiam vocalibus quiescit in medio, fit ideo, quod ܐ, in medio habens vocalem, eam remittit in praecedentem literam quiescentem; (conf. §. 7. V. 5.), ergo: ܡܳܐܢܐ, pro ܡܐܳܢܐ, ܢܶܐܬܶܐ pro ܢܐܶܬܶܐ, ܟܳܐܪܽܘܙܘܬܐ pro ܟܐܳܪܽܘܙܘܬܐ. Ab initio vocis ܐ quiescit tantum, ubi occultatur; conf. §. 7. V. 6.

ܘ plerumque quiescit in ܽܘ; ut: ܩܽܘܡ. Nonnunquam duo Vau in uno *u* quiescunt, ut: ܡܽܘܘܠܟܢܐ *promissio*; ita in Thargumim quoque chaldaicis saepe non tantum duo Wau sed etiam duo Jod occurrunt pro litera simplici cum vel sine Dagesch, ut: כַּיוּרֵי pro כֻּוּרֵי , חֵילָוָתְהוֹן pro חֵילָווְתְהוֹן, אוֹרַייְתָא pro אוֹרַיְתָא. In exoticis ܘ quiescit etiam in ܳ, ut: ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ ܕܣܰܒܰܐ; imo in ejusmodi graecis vocibus pro libris editis quiescit etiam in ܰ et ܶ, ut: ܐܰܪܟܰܘܣ ἀρχάς, ܐܰܬܺܝܢܰܘܣ Ἀθήναις; forte a recentioribus vocales male sunt adjectae. Denique cum praecedentibus ܰ et ܶ oritur diphthongus, ut: ܝܰܘܡܳܐ *jaumo, dies,* ܠܶܐܘܬܳܐ *leutho, labor.*

ܝܘܕ ܝ non nisi in ◌ܶ et ◌ܺ quiescit, ut: ܒܶܝ, ܒܺܝ. Ab initio vero tantum quiescit in ◌ܺ, ubi occultatur, ut: ܝܺܫܘܥ; conf. §. 7. V. 6.; saepius tunc, ne ܝ pronuntietur ante vocalem ◌ܺ, praefigitur ܐ, quod acquirit vocalem ◌ܺ, ut: ܐܺܝܡܐ pro ܝܡܐ, יָם. Denique ܝ cum praecedentibus ◌ܰ ◌ܳ vel ܘ◌ܳ efficit diphthongum, ut: ܗܰܝܡܶܢ, ܗܳܘܝ, ܩܰܛܠܘܗܝ, *haimen*, *hoi*, *katlui*.

Eaedem tres literae quiescentes Aramaeorum multo saepius quam hebraicae otiantur, seu plane non audiuntur, consonante praecedente, ut: ܩܛܠܘܗ, ܐܠܗܐ, ܪܶܓܠܰܝ, ܩܛܠܘܗܝ. *He* Syrorum nunquam quiescit, Chaldaeorum vero per solum hebraismum in fine vocis, ubi vices gerit literae א; conf. §. 6. IV.

V. ܐ inter duas vocales pronuntiatur ut ܝ; id quod tantum obtinet, si proxime aut praecedit aut sequitur aliud ܐ, et in participio act. formae I. verborum, quorum media radicalis est vel ܘ quiescens, vel ܐ, vel geminata, ut: ܐܳܝܰܪ *ojar* ἀήρ, ܡܠܳܝܳܐ *m'lojo*, *plenitudo*, ܩܳܐܶܡ *Kojem*, *stans* a ܩܘܡ; ܫܳܐܶܠ *schojel*, *quaerens* a ܫܐܠ; ܥܳܐܶܠ *ojel*, *intrans* ab ܥܠܠ. Conf. *Gesenii* Lehrgebäude cet. p. 15, §. 3, 3.

VI. ܥ ab initio quiescens ante proxime sequens ܗ pronuntiatur et tractatur ut ܐ, ut: ܐܶܗܕ, meminit. Conf. §. 7. V. 6. et §. 8. V. 2.

VII. Chaldaei saepe inserunt נ ante literam, quae esset geminanda, ut: מִנְדָּה pro מִדָּה.

VIII. Syri saepe expungunt ܝ *quiescens*, ut: ܪܺܫܳܐ pro ܪܺܝܫܳܐ, *caput*; ܩܕܳܡ pro ܩܕܳܝܡ, *coram*; ܐܰܪܺܡܘ pro ܐܰܪܺܝܡܘ, *sustulerunt*, *detraxerunt*; cet.; vel etiam, sed raro, ܝ *mobile*, ut: ܥܰ̈ܢܶܐ pro ܥܰܝ̈ܢܶܐ, *oculi*, ܠܶܣܛܳܐ pro ܠܶܝܣܛܳܐ *latro*, ܐܰܟܚܕܳܐ pro: ܐܰܝܟ ܚܕܳܐ, *simul*, *una*, cet. Conf. *Agrellii* Otiola syriaca, Lundae 1816. ubi multa adsunt exempla, §. V. num. VI. p. 51.

IX. Galilaei, quibus post exilium syriaca dialectus fuit vernacula, literas gutturales ܥ ܚ ܗ ܐ plane non potuerunt adpellare, easque crebro omnes cum omnibus permutarunt. Chaldaei sub iisdem gutturalibus, ut Hebraei, amant Schwa compositum; nec ר admittit Dagesch forte.

§. 6. DE PERMUTANDIS LITERIS. *)

Aramaei substituunt pro Hebraeorum

I. ז plerumque ד, ut: זָהָב *aurum*; דְּהַב ܕܗܒܳܐ. Arabes medium tenent per ذ, ذَهَبٌ.

*) Conf. *Jahn* arabische Grammatik; S. 44—76., et quae *Gesenius* in suo Lexico hebraeo-germanico singulis literis praemittit. Ipsam

II. Pro צ jam ט, jam ע, ut: צוּר *petra*, טוּר ܛܘܪ; אֶרֶץ *terra*, אַרְעָא ܐܪܥܐ. Arabes jam retinent ص, ut: صَارَةٌ *vertex montis*, jam substituunt ض, mediam quasi literam inter צ, ט, et ע, ut: أَرْضٌ.

III. Pro שׁ, quod fere semper retinetur, saepe quoque ת, ut: שֶׁלֶג *nix*, תְּלַג ܬܠܓܐ; Arabes tunc iterum sunt in medio per ث, ut: ثَلْجٌ. Ubi vero Aramaei servant שׁ Hebraeorum, Arabes habent س, rarissime vero ش, ut: שָׁכַן *habitavit*, שְׁכֵן ܫܟܢ, سَكَنَ; et שֶׁמֶשׁ *sol*, שִׁמְשָׁא ܫܡܫܐ, شَمْسٌ.

IV. Pro tertia radicali ה regulariter א vel י ي; Chaldaei tamen per Hebraismum retinent ה, ut: גָּלָה *revelavit* et *migravit*, גְּלָא (גְּלָה) ܓܠܐ. In Arabico respondet jam و, ut: جَلَا pro جلو *revelavit*, jam ى, ut: جَلَى *migravit*.

V. Pro ה foeminini generis א, ut: חָכְמָה *sapientia*, חָכְמָא (חָכְמָה) ܚܟܡܬܐ. Arabes habent ة, حِكْمَةٌ.

VI. Pro שׂ, quae litera Chaldaeis raro, Syris nunquam est in usu, (conf. *Gesenii* Lehrgebäude

---

mutuam dialectorum relationem et culturae dignitatem idem *Gesenius* docet in opere: Gesch. der hebr. Sprache und Schrift §. 16. S. 56.

cet. pag 17.), ס, vel שׂ, et ܣ, ut: בָּשָׂר *caro, mortales*, בְּסַר vel בְּשַׂר, ܒܣܪ. Arabes vero pro Hebraeorum שׁ fere semper habent ش, ut: بَشَر *cutis externa, mortales*, pro ס vero س, ut: אֲסַר *ligavit*, ܐܣܪ, أَسَرَ.

VII. Denique, sed multo rarius, pro נ ن Aramaei substituunt ר, ر, ut: שְׁנַיִם اِثْنَانِ, *duo*, תְּרֵין, ܬܪܝܢ; בֵּן اِبْنٌ, *filius*, בַּר, ܒܪ; pro ת vero ט ܛ (ط), ut: תָּעָה *erravit*, טְעָא, ܛܥܐ, طَغِيَ.

Chaldaei nomina Dei: אֱלֹהִים, אֱלָהָא et יְהוָה non raro superstitiosi corrumpunt, litera quadam mutata, ut: אלדים, אלקים, ידוד.

§. 7. NOTANDA DE VOCALIBUS.

I. Quamplurimis anomaliis scatet Chaldaeorum punctationis systema; haud dubie Rabbini aevi medii illud in chaldaicis libris minus diligenter coluerunt, et fluctuantes jam Syros, jam Hebraeos sunt sequuti; multum tamen codicum quoque erroribus est tribuendum.

Ipsa lingua Chaldaeorum pro temporum et locorum diversitate mirum quantum differt, et in varias quasi abit dialectos. Purissima omnium seu babylonica dialectus exstat in Danielis et Esrae reliquiis; Gemara tamen babylonici Thalmudis jam

valde corruptum exhibet babylonicum Chaldaismum. Hierosolymitana dialectus seu chaldaica lingua, solis tamen hebraicis vocibus permixta, adhuc pura regnat in Thargumim Onkelosi et Jonathanis. Omnino corrupta, exoticis nimirum Persarum, Arabum, Graecorum, Latinorum vocibus adulterata, est in Thalmude Hierosolym., in Thargumim Hieros., et praecipue in reliquis Tharg., quae propterea post Thalmudem Hieros. conscripta, jure statuuntur.

II. Aramaei multo frequentius utuntur Schwa, quam Hebraei; quare prima radicalis, quae in hebraico habet ◌ָ, saepissime ut quiescens habet Schwa, v. c. קָטַל ، קְטַל, ܩܛܠ. Syri quidem nullum habent illius signum, sane vero pronuntiant tanquam *e* breve, absorptum ut Germani in: g'schickt, g'sagt; sic: ܩܛܝܠ *K'til.*

III. Pro Cholem Hebraeorum Chaldaei saepe substituunt Kamez immutabile, ut: עוֹלָם ، עָלַם; sed ubi ו Hebraeorum Chaldaei retinent, Syri saepe habent ◌ܽ, ut: הַיּוֹם ، יוֹמָא, ܝܘܡܢ.

IV. Finale Segol in hebraicis segolatis Aramaei amant mutare in ◌ַ ◌ܰ, ut: סֵפֶר ، סְפַר, ܣܦܰܪ;

Chaldaei vero nonnunquam retinent segolata, ut: רְגַל, id quod obtinet inprimis in Esrae et Danielis reliquiis sacris.

V. Syri in specie substituunt

1. pro ִ Hebraeorum et Chaldaeorum fere semper ܶ, ut: ܬܶܩܛܽܘܠ pro תִקְטֹל. Idem observatur in nominibus propriis versionis Alexandrinae.

2. Pro ֵ Hebraeorum ֶ, ut: ܥܶܣܘ pro עֵשָׂו.

3. Pro ָ Hebraeorum et Chaldaeorum ܳ, ut: ܚܶܟܡܬܳܐ pro חָכְמָה, חָכְמָא.

4. Pro Cholem, Komez, Schurek et Kibbuz Hebraeorum ܘܽ, ut: קֹדֶשׁ, ܩܽܘܕܫܳܐ; רֻגְזִי, ܪܽܘܓܙܳܐ; כֹּל ܟܽܠ.

5. Syrorum ܐ, in medio vocis mota vocali, amat remittere vocalem in praecedentem consonantem quiescentem, ut: ܟܳܐܶܒ pro ܟܐܶܒ, כְּאֵב *doluit*. Conf. §. 5. IV.

6. ܐ, ab initio vocis quiescens, ܝ quoque in eodem casu, sed ante proxime sequens ܡ, in subsidium pronuntiationis adsciscunt vocalem, fere semper ܰ vel ܶ; ܘ vero, ab initio quie-

scens; acquirit ◌ܶ, ut: ܐܶܡܠܶܟ pro ܐܡܠܟ; ܒܶܝܬܶܗ pro ܒܝܬܗ; ܢܶܚܶܡ pro ܢܚܡ; conf. §. 5. VI.

— 7. Ubi duae consonantes ab initio syllabae quiescentes concurrunt, (id quod saepe obtinet ab initio vocis ob praefixas praepositiones aut conjunctiones, vocali destitutas, aut in medio vocis ob flexionem), prior accipit vocalem, plerumque ◌ܶ, sed etiam ◌ܰ, ◌ܺ, ◌ܽ; prout Hebraei, ubi duo Schwa ab initio syllabae concurrunt, prius resolvunt in brevem vocalem; ut: ܒܰܫܡܰܝܳܐ pro ܒܫܡܝܐ, *in coelis*; ܡܶܠܟܳܐ pro ܡܠܟܐ, *consilium*; ܙܶܢܝܳܬܳܐ pro ܙܢܝܬܐ, *scortum*; ܬܶܫܒܽܘܚܬܳܐ pro ܬܫܒܘܚܬܐ, *laus*.

§. 8. DE VOCABULIS GRAECIS, IN ARAMAICAM TRANSLATIS.

Multa Syri (et Chaldaei recentioris aetatis, conf. §. 7. I.) Graecorum adoptarunt vocabula, quibus vel syriacam addiderunt terminationem, vel graecam formam plus minusve conservarunt; de quibus jam nonnulla observamus.

I. Ipsam adoptandi rationem optime docent exempla: ܐܓܝܐ, ἁγια, ܐܘܢܓܠܝܘܢ εὐαγγελιον, ܐܝܣܓܘܓܝ εισαγωγη, ܦܘܪܓܘܣ πύργος, [illegible]

γεωμετρια, ܕܝܐܬܩܐ, διαθηκη, ܗܕܝܘܛܐ ἰδιωτης, ܗܓܡܘܢܐ ἡγεμων, ܗܪܡܝܣ Ἑρμης, ܛܝܡܐ τιμή, ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ μητροπολιτης, ܡܠܠܘܢ, ܡܠܝܣܛܐ, μᾶλλον, μάλιστα, ܡܬܡܛܝܩܐ μαθήματα, ܦܘܝܛܐ ποιητης, ܦܘܠܘܣ Παυλος, ܣܘܠܘܓܝܣܡܘܣ συλλογισμος, ܣܘܢܗܕܝܩܘܢ συνοδικον, ܩܪܘܣܛܠܠܘܣ κρυσταλλος, ܟܠܩܘܡܐ χαλκωμα, ܩܢܘܢܐ κανων, ܩܘܪܝܠܐܝܣܘܢ κυριε ἐλεισον, ܬܝܩܐ θηκη.

II. Aramaei vocabulis graecis aut latinis, quae a ς, σπ incipiunt, praefigunt אִ ܐ, ut: אִסְטְבָא, ܐܣܛܘܡܟܐ ςομαχος, אִסְטְלָא vel אִסְטְלֵי et אִצְטְלָא ܐܣܛܠܐ ςολη, ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ ςρατιωτης, ܐܣܦܝܪܐ σφαῖρα; ܐܣܦܩܠܛܘܪܐ אִסְפַּקְלָטוֹרָא *speculator*. Simile occurrit in arabico, conf. Jll. de *Sacy* Grammaire arabe, Partie I. 89. p. 41.; *Rosenmülleri* Institutiones ad fundam. Ling. Arab. Lips. 1818 XLIX. p. 28.; imo in latino etiam vel gallico, v. c. *Hispania*, *Espagne*, *Spanien*.

III. Post ܪ (instar spiritus asp. graec.) ܗ intersеritur, ut: ܪܗܘܡܝ Ῥωμη; in nominibus propriis recentioris aetatis etiam post ܝ, et ad diphthongum αι exprimendum, ut: ܐܘܢܓܠܝܘܢ εὐαγγελιον, ܬܗܕܝܘܣ Θαδδαιος.

IV. Tempore expeditionum, quas cruciatas vocant, historici multa nomina propria et dignitatum ex linguis Occidentis adoptarunt, ut: ܦܪܢܓܝܐ *Franci*, i. e. Christiani Occidentis, ܐܦܪܢܣܝܣ *Gallia*, ܐܠܡܢܝܐ *Germania* (Allemagne), ܐܢܓܠܛܝܪܐ *Anglia* (Angleterre), ܦܪܢܣ *Prince*, ܗܢܪܝ *Henri*.

§. 9. DE RELIQUIS ORTHOGRAPHICIS SYRORUM SIGNIS.

I. ܩܘܫܝܐ (induratio) sive Dagesch lene, punctum, literis ܒܓܕܟܦܬ impositum, ut tollat adspirationem; et ܪܘܟܟܐ (emollitio) seu Raphe, punctum, iisdem literis subscriptum, quod indicat adspirationem earum.

II. Dagesch forte, (Arabum شَدَّة), Syri non habent, nec literam geminandam, v. c. mediam radicalem formae II. geminatam efferunt; id quod testatur quoque *Ant. Aryda*, Syro — Maronita, ex cujus ore, felix quondam illius discipulus, non raro audivi.

III. ܪܒܘܝ (Ribui), duo puncta supra vocem horizontalia, quae vero cum puncto literae ܪ coalescunt, indicant numerum pluralem, qui nec ex consonantibus nominum, nec ex vocalibus verbo-

rum agnoscitur, ut: ܡܫܡܫ̈ܢܐ, i. e. ܡܫܡܫܢ̈ܐ, *ministri*, non ܡܫܡܫܢܐ, *minister*; ܡܛ̈ܝܢ *pervenerunt* (illae), sed ܡܛܝܢ *pervenit* (ille); ܪ̈ܓܠܐ, *pedes*. Saepe vero numero plurali, per se claro, imo et notandis nominibus collectivis, adjiciuntur.

IV. Linea *occultans*, seu lineola horizontalis, literis subjecta, adest

1. sub 2[da] radicali imperativorum passivorum, praecipue I. et II. formae, quam literam sine vocali esse efferendam, seu quiescere, fertur significare, nisi forte solum imperativi est signum, ut: ܐܬܩܛܠ. In unico activae vocis imperativo ܗܪܘܛ *curre* verbi ܪܗܛ (רהט) occurrit, ubi ergo est legendum: *hat*.

2. Adest sub ܠ initiali ante proxime sequens ܗ, quam literam ut ܐ efferendam esse notat, ut: ܠܗܘ. Conf. §. 7. V. 6.

3. Sub literis: ܐ initiali, ܗ pronominum, ܕ, ܝ, sub ܘ post proxime praecedens ܘ, sub ܪ quiescenti ante proxime sequens ܬ, sub ܠ verbi ܐܙܠ, *ivit*, et sub una literarum geminatarum, quas omnes literas plane non audiri significat, ut: ܒܪܬ *bath, filia*; ܐܢܬ *ath, tu*; ܡܠܟܘܗܝ *malkau*,

rex ejus; ܝܠܕܬܝܢ *ilathen, peperistis*; ܥܡܡܝܢ *amin, populi*, cet. Syri ergo literam, quam non pronuntiarunt, scripserunt tamen.

V. Alia lineola horizontalis, literis imposita, signum est compendii scribendi, ut: ܩ̄ܕ i. e. ܩܕܝܫܐ *sanctus*, *episcopus*. Eadem lineola distinguit ܐܘ̄ o ω!, particulam interjectionis ab ܐܘ *aut*, particula conjunctionis.

VI. Punctum quoque *diacriticum* saepius praeter signa vocalium in nostris librorum editionibus offenditur, quod priscis pro diverso suo loco et supra et infra literas veram vocum ambiguarum vel rariorum pronuntiationem indicavit, ut: ܠܗ pro ܠܶܗ *illi* (viro); ܠܗ̇ pro ܠܳܗ̇ *illi* (foeminae); exempla uberiora in priori adpendice exhibebuntur.

VII. Usus signorum interpunctionis in variis editionibus varius est, de quibus copiosius agit *Michael.* in Gramm. Syr. p. 45—49. Saepius vero occurrunt:

1. In fine periodi vel punctum nostrum, vel quatuor puncta: ⁘ *aut* :: .

2. Protasin finiunt duo puncta oblique posita a sinistra dextram versus : .

3. Minora incisa finiunt vel punctum unicum, vel duo puncta, aut oblique a dextra sinistram versus posita ∴ aut perpendicularia : .

4. Saepe punctum, vocibus impositum, signum est interrogandi, vocandi, admirandi, laudandi, imperandi, cet.

§. 10. DE TONO.

Chaldaei tonum figunt in syllaba ultima, ut: מַלְכָּא, *malcá*; exceptis perpaucis segolatis, 1. et 3. utriusque generis persona plurali aoristi primi, et nonnullis aliis, v. c. numero duali quorumcunque nominum, et numero plurali paradig. 6. §§. 21. 23., ubi tonus est in penultima, ut: רֶגֶל *régel*, קְטַלְנָא *k'tálna*, קְטַלוּ *k'tálu*, קְטַלָא *k'tála*, רַגְלַיִן *ragláin*, גַלַּיִן, *galáin*.

Syri e contrario tonum figunt in penultima syllaba, ut: ܡܰܠܟܳܐ, *málcho*; exceptis vocibus, quarum ultima desinit in consonantem, non quiescentem, aut in ܝ vel ܘ abjecta finali ܐ, in quibus tonus est in ultima, ut: ܐܺܬܶܝܒ *ithéb*; ܡܰܠܟܰܝ *malchái*, (ܝ non quiescit, sed diphthongescit), ܩܽܪܝ *kori*; ܡܰܠܟܘ, *malchú*.

LIBER II.

De singulis orationis partibus.

CAPUT I.

De Pronominibus.

§ 11. DE PRONOMINIBUS PERSONALIBUS ET ABSOLUTIS SIVE SEPARATIS TANQUAM SUBJECTIS, ET SUFFIXIS TANQUAM IN CASIBUS OBLIQUIS, IISQUE[*]

A. Chaldaicis

1. separatis	2. suffixis
In numero singulari:	
Ego אֲנָא, אֲנָה comm.	a) —ַנִי, b) נִי, cum praepositionibus ל, ב, מִנּ: —ִי.
Tu אַנְתְּ, (אַתְּ, אַנְתְּה) comm. (raro אַנְתִּי foem.)	masc. a) —ָךְ, b) ךְ; foem. a) 1. —ֵךְ, 2. (—ֵכִי), b) ךְ
Ille הוּא, (הָא, אִיהוּ, אִנְהוּא)	a) 1. —ֵהּ, 2. —ֵיהּ, 3. (וֹהִי), b) הִי
Illa הִיא, (אִיהִי, אִיהָא)	a) —ָהּ (—ַהּ, —ָא) b) הָא, הָ
In plurali:	
Nos נַחְנָא, אֲנַחְנָא, (אֲנַן) com.	a) 1. —ָנָא, 2. —ָן, b) נָא
Vos: אַתּוּן, אַנְתּוּן masc.	כוֹן (כוּן, כוֹם, כוֹ)
Vos: אַתֵּין, אַנְתֵּין foem.	כֵן (כֵי)
Illi הִנּוּן, אִנּוּן, אִינוּן (הִמּוֹן, הִמּוֹ).	a) —ֵנוּן, b) נוּן — vel etiam separata אִנּוּן, אִנֵּן;
Illae הִנֵּין, הִנֵּן, אִנֵּין, אִנֵּן, אִינֵן (אִנְהֵי, אִנְהֵין)	a) —ֵנֵן, b) נֵן; cum praepos. ל, ב, מִנּ: הוֹן (הוֹם, הוֹ) masc., הֵן foem.

Formae rariores exhibentur inclusae. Discrimen suffixorum, sub literis a. b. c. enumeratorum, in nota ad finem hujus §. exponitur.

B. Syriacis

1. separatis	2. suffixis
In numero singulari:	
Ego ܐܢܐ comm.	a) 1. ܢܝ, 2. ܢܢܝ, b) ܢܝ, c) ܢܝ, cum praepos. ܠ, ܒ: ܝ.
Tu ܐܢܬ masc.	a) ܟ, b) ܟ.
Tu ܐܢܬܝ foem.	a) ܟܝ, b) ܟܝ, c) ܟܝ.
Ille ܗܘ vel ܗܘ	a) 1. ܗ, 2. ܝܗܝ, vel ܝܗܝ, b) 1. ܗܝ, 2. ܘܗܝ, c) ܝܗܝ.
Illa ܗܝ vel ܗܝ	a) 1. ܗ, 2. ܗ vel ܗ, b) ܗ.
In plurali:	
Nos ܚܢܢ comm.	a) 1. ܢ, vel 2. ܢܢ, b) ܢ, c) ܢ.
Vos ܐܢܬܘܢ masc.	a) ܟܘܢ, c) ܟܘܢ.
Vos ܐܢܬܝܢ foem.	a) ܟܝܢ, c) ܟܝܢ.
Illi ܗܢܘܢ vel ܐܢܘܢ	ܐܢܘܢ separatum manet, cum praepos. vero ܠ, ܒ: ܗܘܢ.
Illae ܗܢܝܢ vel ܐܢܝܢ	ܐܢܝܢ manet, cum illis praepos. vero: ܗܝܢ.

Nota. Sub *a*) indicantur suffixorum aramaicorum formae, annectendae verbis, ubi in consonantem exeunt, (ex-

cepta (Syrorum), ut: יִקְטֻל ܢܶܩܛܽܘܠ. Sub *b*)— annectendae verbis, ubi terminantur chaldaice in ן (ן), ־ִי, ־ָ, syriace in ܘ vel ܝ otiosum, quod vero ante suffixa ut ܘ— et ܝ— pronuntiatur, ut: קְטָלוּ ܩܛܰܠܘ, קְטָלִי ܩܛܰܠܝ, cet. Ubi deest *b*), sub *a*) jam comprehenditur. Denique sub *c*) indicantur formae, annectendae solis verbis syriacis, ubi in ܢ desinunt, ut: ܩܛܰܠܬܽܘܢ; et praeterea 2. personae sing. masc., et plerumque 3. quoque personae plur. foem. aoristi I. Ubi desideratur *c*), sub *a*) jam comprehenditur. De verbis ultimae radicalis א, ן, quae singulari ratione cum suffixis construuntur, sermo recurret § 60.

§ 12. QUAEDAM DE USU HORUM PRONOMINUM.

I. Pronomina personalia Aramaeorum persaepe vices gerunt verbi substantivi; suntque aut in 3. persona, neglecta omnino nominativi persona, aut in eadem cum nominativo persona, ut: אַנְתְּ הוּא, ܗܘ ܐܢܬ, *tu es*; ܚܢܢ ܡܳܢܰܢ ܚܢܢ, *nos quid sumus?* אֲנַחְנָא הִמּוֹ *nos sumus.* Quo in casu ܗ pronominis ܗܘ, ܗܝ occultatur, (conf. § 9. IV. 3.), ejusque vocalis ad ultimam praecedentis vocis consonantem transfertur, ut: ܗܘ ܛܳܒܘ *tobu, bonus est;* ܗܝ ܡܳܢܝ, *mani, quae est illa?* Praecedens autem vox, si desinit in vocalem, abjecta utriusque pronominis vocali, ܘ et ܝ cum vocali praeceden-

tis vocis efficit diphthongum, ut: ܩܫܐ ܗܘ *k'scheu, durum est*. Ultima vero vocalis vocis, ante ܗܘ praecedentis, si fuerit ܼ, in ܿ mutatur, ut: ܐܢܐ ܗܘ, *Enau* (pro ܐܢܐ) *ego sum*; quo in casu tamen saepius, ܗ prorsus expuncto, ambae voces in unam coalescunt, ut: ܐܝܟܘ pro ܐܝܟܐ ܗܘ *ubi est ille?* ܗܢܘ pro ܗܢܐ ܗܘ, *hic est*; in ܗܘܝܘ pro ܗܘ ܗܘ, *ille est*, alterum ܗ in ܝ mutatur. Idem quoque obtinet apud Chaldaeos, ut: מַנּוּ pro מַן הוּא *quis est*?

II. ܗܘ, ܗܝ nonnunquam ponitur et loco pronominis demonstrativi, ut: ܓܒܪܐ ܗܘ, *vir ille*, ܐܢܬܬܐ ܗܝ, *foemina illa*; et loco articuli, ut: ܗܘ ܟܪܝܗܐ, ὁ ἀσθενῶν, Joh. 5, 7.

III. ܗܘ etiam ad foemininum genus refertur, ut: ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܕܡܢ ܬܫܡܫܬܗܘܢ ܗܘ ܕܥܢܢܐ — ܐܬܝܕܥܬ ܠܢ ܒܪܝܬܗܘܢ ܕܥܢܢܐ: *Quemadmodum ex ministério illo nubium — intelligitur a nobis creatio nubium*. Chrestom. Syr. *Kirsch*. p. 182, lin. 8.; et ibidem lin. 15. et 17.

IV. ܐܢܘܢ ܐܢܝܢ poni amant in accusativo, et loco verbi substantivi; ܗܢܘܢ, ܗܢܝܢ vero occurrunt in nominativo; quale discrimen inter אִינֵין, אִינּוּן et הִנֵּין, הִנּוּן non observatur.

§ 13. DE PRONOMINIBUS DEMONSTRATIVIS.

Hic דֵּן ,דֵּין ,הָדֵין ,הָדֵן ,דֵּךְ ,דֵּיךְ | דִּכֵּן ‧ } *Hic* et *Haec* דְּנָה comm.

Haec דָּךְ | הָדָא ,דָּא ,דְּנַן ‧

Hi et *Hae* אִלֵּךְ ,הָאִלֵּין ,אִלֵּין ,הָאִלֵּה ,אִלֵּה ,אֵל , comm.

Hic { ܗܳܢ / ܗܳܢܳܐ } *Haec* { ܗܳܕܶܐ / ܗܳܕܶܐ } *Hi* ܗܳܢܽܘܢ *Hae* ܗܳܢܶܝܢ *Hi* et *Hae* { ܗܳܠܶܝܢ vel ܐܳܠܶܝܢ comm. }

Haec pronomina, conjuncta cum personalibus, exprimunt reciproca, ut: ܗܳܢܳܐ ܗܽܘ, *ipsemet*, *idem*; ܗܳܕܶܐ ܗܺܝ, *ipsamet*, *eadem*. Repetita quoque demonstrativa, interjecta tamen particula ܟܶܡ, significant reciproca, ut: ܗܳܢܽܘܢ ܟܶܡ ܗܳܢܽܘܢ, *iidem*.

§ 14. DE RELATIVIS ET INTERROGATIVIS.

Relativum Chaldaeorum est ד vel דִּי, Syrorum ܕ, (ܕܺܝܠ, tantum, ad possessivum notandum, §. seq.), et sic ratione originis convenit cum hebr. demonstr. זֶה, ratione usus cum relat. שֶׁ vel אֲשֶׁר‧

Casus obliqui hujus aramaici relativi, prout hebraici et arabici, exprimuntur per pronomina tertiae personae, suffixa sequentibus verbis, nominibus aut praepositionibus, a quibus pendet casus obliquus relativi, ut: ܕܨܒܼܳܬ ܒܶܗ, ܢܰܦܫܝ *in quo complacuit animae meae*, Matth. 12, 18.

Interrogativa sunt

De persona:

Quis { מַן, מַנוּ, (מַן הוּא), (מוֹן, מוּן, Dial. Jerus.)
ܡܰܢ, ܡܰܢܘ (ܡܰܢ ܗܘ).

De re:

Quid { מַן, מָה, מָא, מְנָא, מָנָא
ܡܳܐ, ܡܳܢ, ܡܳܢܳܐ, ܡܶܢܳܐ, ܡܰܢܽܘܢ

De persona et re promiscue:

Quinam *Quaenam* *Quodnam* comm. { אֵידָא, אֵידָא, הֵידָא, הֵיְדָא, (אֵי זֶה)
ܐܰܝܢܳܐ, (אֵי זֶה, אֵי זאֹת)

Quinam sing: ܐܰܝܢܳܘ

Quinam et *Quaenam* { ܐܰܝܠܶܝܢ comm. plur. Quales. ܐܰܝܟ ܐܰܝܠܶܝܢ

Interrogativa, quibus ד ܕ praemittitur, notant relativa, ut: ܕܡܳܐ, *quod*; תּוֹרָא דְמַן, *cujus bovem*; quibus vero ד ܕ postponitur, significant demonstrativa, ut: לְכָל מַן דִּי אַתְּ אָזְלָא אֵזֵל, *in omnem illum* (locum), *quo tu iveris, ibo*; —ܕ ܐܰܝܢܳܘ *is, qui*; ܡܳܢ ܕܨܳܒܶܐ, *ille, qui vult.*

§ 15. DE POSSESSIVIS, RECIPROCIS, DISTRIBUTIVIS.

Possessiva indicantur vel per suffixa, ut in reliquis dialectis, vel per relativum דִּי, ܕ, cum prae-

positione ל, ܠ, i. e. per דִּיל, ܕܺܝܠ, (in chaldaico etiam per דִּי cum ד, nota genitivi, i. e. per דִּיד), cum suffixis, ut: דִּילָךְ, דִּידָךְ, ܕܺܝܠܳܟ݂, *qui est tibi* i. e. *tuus*. Cui si additur personale separatum, significatio oritur reciproca, ut: ܗܽܘ ܕܫܰܢ݈ܬܳܐ, ܕܺܝܠܶܗ, *ejusdem anni*.

Reciproca porro, et personalia pronomina nascuntur per suffixa, adnexa substantivis: נְפַשׁ ܢܰܦ݂ܫܳܐ, *anima*; גּוּף, *corpus*; עֲצַם, גְּרַם *os*, ܩܢܽܘܡܳܐ *substantia, persona*, ut: נַפְשִׁי *ego, egomet*, ܢܰܦ݂ܫܳܟ݂ *tu, tumet*. Reciprocum etiam exprimitur per suffixum, cum praepositione quadam praemissum ipsi substantivo, inprimis in genitivo sequenti, ut: בַּהּ שַׁעֲתָא *eodem momento*, Dan. 3, 6. 15. ܒܶܗ ܒܫܳܥܬܳܐ, pro: εὐθέως, Phesch. Matth. 8, 3. בֵּהּ זִמְנָא *eodem tempore*, Dan. 3, 7. ܘܥܰܠܘ ܒܶܗ ܒܕܽܘܟ݂ܬܳܐ: *ingressi sunt per eundem locum*, Kirsch Chrest. p. 73. lin. 10.

Distributiva notantur vel per: אֱנַשׁ seu נַשׁ et אֱנָשִׁין seu נָשִׁין, (etiam, ut in hebraico, per אִישׁ), ܐ݈ܢܳܫ, ܐ݈ܢܳܫ — sequente מִן ܡܶܢ, vel elliptice per ܡܶܢ solum, abjecto substantivo, ut: ܐ݈ܢܳܫ ܡܶܢܗܽܘܢ, *quidam illorum*; ܐܶܢ ܡܶܢܗܽܘܢ *si (nonnulli) ex illis*; vel per: ܐܺܝܬ ܕ *est* vel *sunt, qui*. אֱנַשׁ

מֵעַל אַחוּהִי pro: *alter ab altero*; ܚܰܕ݂ ܠܚܰܕ݂ *seinvicem*; ܟܽܠ ܚܰܕ݂, *unusquisque*; ܟܽܠܢܳܫ vel ܟܽܠܡܰܢ *quiscunque, unusquisque*; ܟܽܠܡܳܐ vel ܟܽܠܡܶܕܶܡ *quidquid*; לָא אֱנָשׁ *nullus*.

CAPUT II.

De Nomine.

§ 16. DE NOMINE IN UNIVERSUM.

Varias nominum orientalium divisiones in *primitiva*, *verbalia* et *denominativa*, eorumque formas *nudas, defectivas, auctas*, cet. ex Grammatica hebraica postulamus. De *aramaicis* verò nominibus in specie quaedam veniunt notanda:

I. Formae, quae in prima radicali habent ܳ, et in secunda ܘܿ, plerumque notant personam agentem, ut: ܪܳܚܘܿܡܳܐ *amator, amicus*; ܒܳܪܘܿܝܳܐ *creator*, ܬܳܩܘܿܠܳܐ *ponderans*, cet.; quae vero in 1. rad. habent ܘܽ, aut desinunt in וּ, וּת, וּתָא et ܘ, ܘܬ, ܘܬܐ —, innuere solent abstractum, ut: ܪܽܘܒܳܥܳܐ *incubatio*, ܦܽܘܢܳܝܳܐ, *responsum*, ܥܽܘܡܪܳܐ, *habitaculum*, ܒܪܺܝܘ *creatio*, מַלְכוּ, מַלְכוּת, מַלְכוּתָא, ܡܰܠܟܘ, ܡܰܠܟܘܬ, ܡܰܠܟܘܬܐ, *regnum*, ܥܒܳܕܘ *opus*, ܥܒܺܝܘ *densitas*, cet.

II. Composita quoque nomina occurrunt, quae Syri, non vero Chaldaei, scribendo quoque conjungunt, ut: בְּעֵל דְּבָבָא, ܒܥܠܕܒܒܐ, *inimicus*.

III. Syri, inprimis recentiores, saepe utuntur deminutivis, quae plerumque terminantur in ܘܣ—, vel ܘܢ—, vel tertiam geminant radicalem, ut: ܛܠܝܘܣܐ, *puerulus*; ܟܬܒܘܢ, βιβλιαρίδιον, *libellus*; ܙܓܘܢܐ *tintinabulum parvum*. A ܦܒܪܘܢܐ *puella* fit deminutivum novum: ܦܒܪܘܢܝܬܐ *puellula*. ܟܢܫܘܫܐ *collectiuncula*, a ܟܢܫܐ. ܥܘܙܠܠܐ *hinnulus*, Kirsch. Chrestom. p. 17, lin. 3. videtur esse deminutivum ab ܥܘܙܠ Cant. 2, 7. 9. ad formam arab. فُعَيْل. De terminatione ܘܢ— et 3. geminata conf. *Gesenii* Lehrgebäude cet. §. 120. III. 23. Nota. pag. 497: et §. 122. 15. p. 513.

IV. Multa Syrorum et Chaldaeorum nomina sunt exotica, persica inprimis, graeca et latina, quorum, quamvis nonnihil immutatorum, origo facile patet; nonnunquam ipsa quoque significatio paululum immutata fuit, quae postea iterum in dialectum hellenisticam migravit, ut: מַגְלִיתָא, מַרְגָּלִיתָא, מַרְגְּלָא, מַרְגַּל, ܡܪܓܢܝܬܐ, et *margarita*, μαργαρίτης, (Perle), et in universum *gemma*, (Edelgestein).

Apoc. 17, 4. 18, 12. 16. 21, 21. Matth. 7, 6. 13, 40.; כַּרְסְפְּדוֹן κρασπεδον, *fimbria vestis* Matth. 23, 5.

V. Syri recentiores in scribendis nominibus propriis orientalibus sequuntur orthographiam jam orientalem, jam graecam, ut: ܝܘܚܢܢ et ܐܝܘܐܢܢܝܣ, Ιωαννης; ܚܪܬ juxta orthograph. oriental. (ex حارث *arator*, dein nomen proprium, praecipue regum celebrium, Arabibus frequens, ut nobis: Bauer, seu Georgius), sed II. Cor. 11, 32. ab interprete Syro scribitur graece: Αρετας, ܐܪܛܐܣ.

§. 17. DE GENERE NOMINUM.

Genus et significatione et terminatione discernitur. Quod attinet significationem, conveniunt nostra nomina cum hebraicis, conf. *Jahn* Gramm. hebr. Edit. 3. p. 69. Terminatione quoque, ut in hebraicis, distinguuntur sola nomina foeminina, unde oritur regula: *Nomina, quae non habent foemininam terminationem, sunt masculina.* Terminationes vero foemininorum sunt: א ָ ܐ ܳ (hebr. ה ָ), ִי, ܶܐ et ܘ ܘ, quibus abscissa est in fine ת ܬ, (hebr. ות ִית), ut: ܚܟܡܐ חָכְמָא, *sapientia*; נְוָלִי *coenum*; ܒܪܝ *res creata*; ܡܠܟܘ מַלְכוּ,

regnum. Rarissimae sunt terminationes Syrorum in ܘܬ݂ܳ, ut: ܡܢܳܘܬ݂ *pars*, et Chaldaeorum in ו, ut: רִבּוֹ *myrias*.

Multa sunt nomina, quae sub masculina terminatione sunt foeminina, aut certe communia, ipso usu discenda, ut: ܐܶܠܦܳܐ, *navis*, ܐܽܘܪܚܳܐ *via*, ܐܳܬ݂ܳܐ *signum*, ܐܰܪܥܳܐ *terra*, ܩܽܘܠܬܳܐ *hydria*, ܒܺܐܪܳܐ *puteus*, ܟܰܪܣܳܐ *venter*, ܥܳܢܳܐ *grex*, ܓܽܘܡܪܶܐ *prunae*, ܙܰܒܢܳܐ *tempus*, ܙܩܳܐ *uter*, ܣܰܝܦܳܐ comm. *gladius*, ܡܰܘܒܠܳܐ *onus*, ܟܰܟܪܳܐ *talentum*, ܟܺܐܦܳܐ *lapis*, ܟܰܪܣܳܐ *uterus*, ܠܶܫܳܢܳܐ *lingua*, comm. ܢܰܦܫܳܐ *anima*, ܢܽܘܪܳܐ *ignis*, ܣܰܗܪܳܐ comm. *luna*, ܣܽܘܟܳܐ *rami*, ܥܢܳܢܳܐ *nubes*, ܥܰܪܣܳܐ *lectus*, ܪܽܘܚܳܐ *ventus*, *spiritus*, ܕܶܚܠܬܳܐ comm. *terror*, ܫܝܽܘܠ *Hades*, ܫܽܘܚܬܳܐ *aerugo*, ܫܶܡܫܳܐ *sol*, ܫܽܘܫܰܢ *lilium* cet. Communis porro generis sunt nomina animalium, ut: ܚܡܳܪܳܐ *asinus*, ܓܰܡܠܳܐ *camelus* cet.

Graeca vocabula genus suum servare solent, ut: ܣܽܘܢܳܗܕܳܘܣ σύνοδος, foem., ܕܺܝܰܬܺܝܩܺܐ, διαθήκη, foem., cet. Neutra casu genus quasi sortiuntur.

§ 18. DE NUMERO PLURALI ET DUALI.

Masculina in plurali adsciscunt ִין, ܝܢ̈; foemininorum vero terminatio ָא ܬܳܐ mutatur in ָן, ܢ̈; ו, ܘܬܳܐ, et ו, ܘܬ݂ܳ in וָן, ܘܳܬ݂ܳ; ܝܬܳܐ, ܝܬ݂ܳ vero in יָן, ܝܳܬ݂ܳ, ut: יַמִּין a יָם, ܝܰܡܡܶ̈ܐ a ܝܰܡܳܐ *mare*; מְדִינָן ܡܕ̈ܝܢܳܢ a ܡܕܺܝܢܬܳܐ a מְדִינָא

provincia, ܡܕܝܢܬܐ civitas; מַלְכִּין ܡ̈ܠܟܐ, נְוָלִין ܢ̈ܘܠܝܢ
ܪ̈ܒܘܢ רִבְּוָן.

Dualis Chaldaeorum adsciscit terminationem ַיִן, ָן vel ֵין, ut: קַרְנַיִן a קֶרֶן cornu, מָאתַיִן seu מָאתָן ducenti, תְּרֵין duo. Syrorum dualis adsciscit ܰܝܢ, qui vero in 4. tantum vocibus occurrit: ܬܪܝܢ duo, ܬܪ̈ܬܝܢ duae, ܡܐܬܝܢ 200, ܡܨܪܝܢ Aegyptus.

Multas in numero plurali irregularitates habent Aramaeorum nomina, nimirum

1. *Chaldaeorum* a) masculina: אָב *pater*, plur. אֲבָהָן; בַּר *filius*, pl. בְּנִין; בַּיְתָא *domus*, (etiam בֵּיתָא, in statu constr. בֵּית seu בֵּי), pl. בָּתִּין; אַרְיֵא *leo*, pl. אַרְיָוָן; כָּרְסֵא *thronus*, pl. כָּרְסָוָן; לֵילְיָא *nox*, pl. לֵילָוָן seu לֵילְוָן; סוּסְיָא *equus*, pl. סוּסָוָן et סוּסְוָן; פֶּחָה *princeps*, pl. פַּחֲוָן; שֻׁם *nomen*, pl. שְׁמָהָן; cet.

b) foeminina: אַמְתָא *ancilla*, pl. אַמְהָן; אַמָּא *ulna*, pl. אַמִּין; בְּרַתָּא *filia*, pl. בְּנָן; חִטָּא *triticum*, pl. חִטִּין, (et חִנְטִין conf. § 5. VII.), מִלָּא *verbum*, pl. מִלִּין; עֲלָא *holocaustum*, pl. עֲלָוָן; שְׁנָא *annus*, pl. שְׁנִין; cet.

c) foeminina absque terminatione foem., sed solo usu quae sunt, (§ 17.), pluralem formant vel ut: ארע, pl. אַרְעָן, vel ut: רוּחַ *spiritus*, pl. רוּחִין; אוּדֶן *auris*, pl. אוּדְנִין.

d) Duplicem vero pluralem admittunt: אֵם *mater*, אִמְּהָן et אִמַּיִן; אָת *signum*, אָתִין et אָתְוָן; חֵיל *exercitus*, חֵילִין et חֵילְוָן; יוֹם *dies*, יוֹמִין et יוֹמָן; מוֹאזְנָן, plur. foem., et: מוֹאזְנַיָּא dual. vel plur. masc., *bilanx*; נְפַשׁ *anima*, נַפְשִׁין et נַפְשָׁן; קָל *vox* קָלִין et קָלָן; נְהַר *fluvius* נַהֲרִין et נַהֲרָן; אִזְמֵל (σμιλη) *novacula*, אִזְמַלְיָא et אִזְמַלָן, cet.

II. *Syrorum* multa 1. formant pluralem ab obsoleta forma numeri singularis: ܒܪܐ *filius*, pl. ܒܢܝܐ; ܒܝܬܐ *domus*, ܒܬܐ; ܒܪܬܐ *filia*, (ܒܢܬܐ in statu absoluto non occurrit), ܒܢܬܐ; plerumque vero formant a singulari, cui in fine erat ܗ, ܘ vel ܝ, ut: ܐܡܐ *mater*, pl. ܐܡܗܬܐ; ܚܬܐ *soror*, ܐܚܘܬܐ; ܐܡܬܐ *ancilla*, ܐܡܗܬܐ; ܐܘܡܬܐ *populus*, ܐܡܘܬܐ; ܐܬܐ *signum*, ܐܬܘܬܐ; ܒܗܬܐ *pollex*, ܒܗܘܬܐ; ܢܘܪܐ *ignis*, ܢܘܪܘܬܐ; ܣܦܬܐ *labium*, ܣܦܘܬܐ; ܐܡܪܐ *agnellus*, ܐܡܪܘܣܘܬܐ; ܕܒܘܪܐ *apis*, ܕܒܘܪܝܬܐ; ܕܘܟܐ *locus*, ܕܘܟܝܐ; ܡܐܣܐܬܐ *fasciculus*, ܡܐܣܐܬܐ.

2. *Masculina* pluralem formant foemininum (a singulari obsoleto cum terminat. foem. in ܘ), ut: ܐܣܝܐ *medicus*, pl. ܐܣܘܬܐ; ܐܘܪܝܐ *praesepe*, ܐܘܪܘܬܐ; ܐܪܝܐ *leo*, ܐܪܝܘܬܐ; ܐܬܪܐ *locus*, ܐܬܪܘܬܐ; ܚܘܝܐ *serpens*, ܚܘܝܘܬܐ; ܟܘܕܢܐ *mulus*, ܟܘܕܢܘܬܐ; ܟܘܪܣܝܐ *solium*, ܟܘܪܣܘܬܐ; ܟܘܬܝܢܐ *tunica*, ܟܘܬܝܢܘܬܐ; ܠܠܝܐ *nox*, ܠܠܘܬܐ; ܢܩܝܐ *ovis*, ܢܩܘܬܐ; ܡܪܐ *dominus* saepe format a ܡܪܘܬܐ *principatus*, pluralem: ܡܪܘܬܐ; ܪܥܝܐ *pascens*, in participio sequitur pa-

radigma IX; substantivum: *pastor* habet plur. ܪܳܥܝܳܐ ; ܪ̈ܳܥܰܘܳܢ *pincerna*, ܫܳܩܽܘܬ݂ܳܐ, cet.

Aprilis	נִיסָן vel אָבִיבָא	ܢܝܣܢ
Majus	אִיָּר אִייָר	ܐܝܪ
Junius	סִיוָן	ܚܙܝܪܢ
Julius	תַּמּוּז	ܬܡܘܙ
Augustus	אָב	ܐܒ
September	אֱלוּל	ܐܝܠܘܠ

CAPUT III.

De Verbo.

§. 34. DE VERBI DIVISIONIBUS, TEMPORIBUS ET FORMIS.

Quae hoc loco disputari solent de variis verborum Orientis divisionibus, ratione habita *originis* in radicalia seu primitiva et derivata, ratione *elementorum* in verba trium, quatuor et quinque literarum *), ratione *significationis* in transitiva et intransitiva seu neutra, ratione *flexionis* in regularia et irregularia, haec omnia ex hebraica Grammatica, ut nota, postulamus. Conf. *Jahn* Gramm. hebr. 3. edit. p. 131—134.

*) Plurimas nunc radices in semiticis linguis trium esse literarum, dubio caret; illas vero ab initio probabilius duas tantum habuisse literas, et postea triliteras evasisse vel per geminationem posterioris radicalis, vel per additam ab initio aut in medio vel in fine vocis unam ex infirmis א, ו, י, vel per praefixam liquidam seu semivocalem נ, vel denique per quamcunque tertiam ex numero reliquarum literarum, quae radicibus duarum, sed earundem literarum, accreverat, ut comprobat communis adhuc illarum radicum notio, v. c. eadem radicum: לעס, לעט, לעב, לעע, לעק, לעץ, לעף *lingendi* notio, hac de re copiose non minus quam praeclare, ut solet, disserit inprimis Dr.

Duo tempora Orientis, proprie *aoristi*, (conf. *Jahn* Gramm. hebr. p. 197. seq.), in aramaica, inprimis syriaca, lingua multo magis ad praeteritum et futurum determinantur, reliquis temporibus persaepe modo periphrastico expressis, de quibus suo loco nobis recurret sermo.

Gesenius in saepius celebrato opere recentissimo: Lehrgebäude u. s. w. §. 53. 3. S. 183. Memoratu vero dignum est, quod jam scribit *J. D. Michaelis* in Supplemm. ad Lexx. hebrr. pag. 435. »Jam quem haec relegentem non subibit mirari, quatuor jam verba a דח incipientia, in *impellendi* et *trudendi* significatione consentire: דחה, דחף, דחב, (دحب), דחק, quibus sua sponte quintum notissimum דחה, (دحا), addet? Sed magis etiam mirabitur, Arabicum lexicon evolvens, inque eo et sextum دحر et septimum octavumve verbum دحم et دخم eadem significatione inveniens. Nec tamen cui verbo eam neget, reperiet. Ergo nonne suspicemur, ante has, quas novimus, linguas Orientales sororias radicibus triliteras, aliquam fuisse antiquiorem, sive matrem sororum, sive barbaram, ex qua multum transtulerint fecerintque suum, non dicam *omnino biliteram*, sed tamen *et biliteras radices habentem*, quibus deinde, alicubi forte cum aliqua significationis variatione, *tertia sit addita* a gente triliteris adsueta, aut adsuescente? « Simile quid, pag. 1452. — »quae legens, quis non aliquid iterum onomatopoëtici suspicetur? *biliteri* prope *dixerim, ex antiquiore lingua superstitis*, cui tertia deinde litera accessit.« Conf. *Aurivillii* diss. de primitivis ling. heb. 1779.

Formas, a radice trium literarum derivatas, (quas plurimi post *Erpenium* nominant *conjugationes*, nec tamen illi satis convenienter, conf. *Gesenius* Lehrgebäude u. s. w. §. 67. S. 233.) Aaramaei numerant quatuor, quarum quaelibet praefixa particula אֶת, ܐܶܬ format vocem passivam seu *objectivam*, (prout ingeniose illam nominat de *Sacy* Gramm. arabe, Part. I. 264. p. 111.; activam vero nostram vocat *subjectivam*). Sunt vero

I. קְטַל ܩܛܰܠ, Hebraeorum קַל, (3. pers. sing. masc. aor. I. seu praeter.), in aramaica lingua, ut in arabica, haud dubie radix, de qua tamen in hebraica disputant Grammatici, eamque vel in eadem persona tertia, vel in infinitivo vident, rectius autem in utroque simul viderent; (conf. *Gesenius* Lehrgebäude u. s. w. §. 66. 2. S. 230.). Passivum est: אִתְקְטֵל, ܐܶܬܩܛܶܠ.

II. קַטֵּל, ܩܰܛܶܠ, Hebraeorum קִטֵּל; passivum: אִתְקַטַּל, ܐܶܬܩܰܛܰܠ.

III. אַקְטֵל ܐܰܩܛܶܠ, Hebraeorum הִקְטִיל; passivum: אִתַּקְטַל ܐܶܬܬܰܩܛܰܠ.

IV. שַׁקְטֵל, ܫܰܩܛܶܠ, ejusdem cum Aktel significationis; passivum: אִשְׁתַּקְטַל, ܐܶܫܬܰܩܛܰܠ; quae

forma convenit cum decima Arabum, cujusque occurrit vestigium in hebr. שַׁלְהֶבֶת *flamma*, a לַהַב *flamma*.

Nota. *Schaktel Schultensius* jam non inter verba quadrilitera, sed inter verbi triliteri formas retulit, id quod comprobarunt *J. D. Michaelis*, (conf. Alt. orient. Bibl. Th. IX. S. 124., et ejusdem Gramm. Syr. p. 91.), et *Joh. Jahn* in hac Grammatica, quem sequimur. *Vaterus* tamen passivum formae III., integram for. IV., et quae nos ad verba quadrilitera referemus, nominat formas *conjugationum variorum*, pag. 173. §. 29. *Car. Agrell* vero in: *Otiola Syriaca* Lundae, 1816. exhibet conspectum opusculi mscr., quod asservatur in Biblioth. Gymn. Wexion., de Numero conjugationum syriacarum, quarum recenset: 1. *nudas* seu *simplices*, numero duas, 2. *auctas A. additis* literis vel ab *initio*, vel in *medio*, vel in *fine*, numero undecim, *B. geminatis* literis numero tres formas; id quod hujus rei studiosis valde commendamus, hoc loco tamen, ne tirones rerum mole turbemus, consulto praetermittimus.

§. 35. DE AOR. I. SEU PRAETERITO FORMAE I. ACTIVAE.

III. Persona.

Sing. Masc.	קְטַל	ܩܛܰܠ
	קְרֵב	ܩܪܶܒ
	יְתִב	
	דְּמוּךְ	

Sing. Foem.
קְטָלַת ܩܛܠܬ
קְרֵבַת ܩܪܒܬ
יְהָבַת
דְּמוֹכַת

Plur. Masc.
קְטַלוּ (־וּן) ܩܛܠܘ (ܩܛܠܘ et ܩܛܠܘܢ)
קְרֵבוּ ܩܪܒܘ
יְהָבוּ
דְּמוֹכוּ

Plur. Foem.
קְטַלָא (־לָה) ܩܛܠܝ (ܩܛܠ et ܩܛܠܝܢ)
קְרֵבָא (־בָן) ܩܪܒܝ
יְהַיבָא (־בָן)
דְּמוֹכָא

II. Persona.

Sing. Masc. et Foem.
קְטַלְתְּ (־תָּה ־תָּא) M. ܩܛܠܬ F. ܩܛܠܬܝ
קְרֵבְתְּ (־תִּי foem.) M. ܩܪܒܬ F. ܩܪܒܬܝ
יְהַבְתְּ
דְּמוֹכְתְּ

Plur. Masc.
קְטַלְתּוּן ܩܛܠܬܘܢ
קְרֵבְתּוּן ܩܪܒܬܘܢ
יְהַבְתּוּן
דְּמוֹכְתּוּן

Plur.	קְטַלְתֵּן	ܩܛܰܠܬܶܝܢ
Foem.	קְרֵבְתֵּן	ܩܪܶܒܬܶܝܢ
	cet.	

I. Persona.

Sing.	קִטְלֵת	ܩܶܛܠܶܬ
	קִרְבֵת	ܩܶܪܒܶܬ
comm.	יְתִבֵת	
	דְּמוּכֵת	
Plur.	קְטַלְנָא (קְטַלְנָן)	ܩܛܰܠܢ (ܩܛܰܠܢܰܢ)
	קְרֵבְנָא	ܩܪܶܒܢ (ܩܪܶܒܢܰܢ)
comm.	יְתִבְנָא	
	דְּמוּכְנָא	

Notanda in paradigma Aor. I. act.: Prima itaque radicalis ipsius radicis aramaicae quiescit, conf. §. 7. II.; sub secunda plerumque est ַ ܰ, non raro tamen ֵ ܶ ܘ, ָ, in verbis praecipue intransitivis et semipassivis, ad quae etiam ex more Orientalium referuntur, quae animi affectum, sensationem aut qualitatem significant, ut: מְלַךְ ܡܠܰܟ *consilium dedit*, כְּתַב ܟܬܰܒ *scripsit*, בְּטֵל ܒܛܶܠ *cessavit*, בְּטֵן ܒܛܶܢ *concepit, gravida facta est*, שְׁלֵט ܫܠܶܛ *dominatus fuit*, בְּהֵת ܒܗܶܬ *pudefa-*

ctus est, כְּאֵב ܟܐܶܒ *doluit*, יְתֵב ܝܬܶܒ *sedit*, יְכֵל *potuit*, דְּמוֹךְ ܕܡܶܟ *dormivit*, חֲרוֹב *vastatus fuit*. Nonnulla, quae sub secunda radicali duplicem admittunt vocalem, tamen ejusdem, nonnulla vero tunc diversae sunt significationis, ut: ܠܥܰܣ ܠܥܶܣ *masticavit*, *edit*, ܫܠܶܡ ܫܠܡ *integer fuit*, ܦܠܶܓ *divisus fuit*, ܦܰܠܶܓ *divisit*; קְרֵב קְרַב *adpropinquavit*, נְסֵב נְסַב *sustulit*, *accepit*. Simile in hebraico etiam verbo observari, lucem vero omnibus affundi ex arabico, praecipue *Gesenius* docet in Lexico hebraeo - german. Tom. I. Praefat. XVI. — XVIII. et in Grammatica recentiss.: Lehrgebäude u. s. w. §. 66. 3. S. 231. Illa denique vocalis sub 2. rad. ֵ — ו, ַ in plerisque retinetur personis, excepta 1. et 3. foem. sing. Syrorum.

Nota. Terminationes nonnullarum personarum, praeter communem et consuetam occurrentes, in paradigmate jam adjecimus. Vocales tamen Chaldaeorum, maxime in 3. et 1. persona praeteriti omnium formarum fluctuant, (conf. §. 7. I.); addimus propterea exemplum, omnibus vocalium anomaliis instructum, ne saepius in reliquis formis idem recurrat notandum.

	Foem.	Pluralis. Masc.	Pluralis. Foem.
III. Sing. masc. קְטַל	קִטְלַת		
	קִטְלָת		
	קְטַלַת	קְטַלוּ	קְטַלָא
	קְטֶלֶת	קְטָלוּ	קְטָלָא
	קְטֵלַת		
	קְטַלַת		

	Sing.	Plur.
I. Pers. Sing.	קִטְלֵת	קַטְלֵת
	קִטְלֵית	
	קִטְלַת	
	קְטַלֵית	קְטַלִית
	קְטֵלִית	קְטָלִית vel קְטָלִית, קְטִלִית
	קְטַלַת	
	קְטֵילֵית	קְטִילִית

§ 36. DE PASSIVO AOR. Imi SEU PRAET. FORMAE I.

III.	Sing.	(־טַל) אִתְקְטֵל	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠ
		אִתְקְטַלַת	ܐܶܬ݂ܩܰܛܠܰܬ݂
	Plur.	אִתְקְטֵלוּ	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܘ (-ܠܽܘܢ)
		(־לָה) אִתְקְטֵלָא	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܝ (-ܠܶܝܢ)
II.	Sing.	אִתְקְטֵלְתְּ	M. ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܬ݁ F. ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܬ݁ܝ
	Plur.	אִתְקְטֵלְתּוּן	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܬ݁ܽܘܢ
		אִתְקְטֵלְתֵּן	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܬ݁ܶܝܢ
I.	Sing.	אִתְקְטֵלֵת	ܐܶܬ݂ܩܰܛܠܶܬ݂
	Plur.	(־נָן) אִתְקְטֵלְנָא	ܐܶܬ݂ܩܛܶܠܢ (-ܠܢܰܢ)

Notanda: I. In passivo, praefixa particula אִתְ (vel more Hebr. יִתְ) ܐܶܬ݂, prima radicalis manet quiescens, et sub secunda plerumque est ֵ ܶ, non raro etiam ַ ܰ, inprimis tertia radicalis si fuerit gutturalis vel ר ܪ, in chaldaico denique secunda etiam habet ָ.

II. Praeter passivam significationem saepe passivis omnium formarum, instar deponentium latinorum vel mediorum graecorum, activa quoque tribuitur significatio, praecipue reflexiva, aut quae communem plurium actionem indicat, ut: ܐܶܬܦܰܢܺܝ, *subduxit, excusavit;* ܐܶܬ݂ܚܰܫܰܒ݂ *cogitavit*, Rom. 2, 3. 15, 5.; ܐܶܬ݂ܗܰܦܰܟ݂ *conversatus fuit*; ܐܶܬ݂ܪܡܺܝ, *se submisit, abjecit;* ܐܶܬ݂ܟܰܬܫܘ, συμβάλλειν, Luc. 14, 31. ܐܶܬ݂ܟܰܬܫܘ, συναθλεῖν, Phil. 1, 27. ܐܶܬ݂ܡܰܠܟܘ, συμβουλεύεσθαι, Matth. 26, 4. ܐܶܫܬ݁ܘܬܰܦ, *communicare invicem, partem dare et accipere*. Plurima collegit exempla *Car. Agrell* in: *Lumin. Syriacis*. Upsal. 1791 et 1792. § 6., et in: *Otiola Syr.* § 3. b. p. 28.

III. Cum prima radicali שׁ צ ס ז, ܫ ܨ ܣ ܙ transponitur ת ܬ, et praeterea ת ܬ post ז ܙ in ד ܕ, post צ ܨ in ט ܛ mutatur, ut: אִשְׁתְּבֵק

ܐܫܬܒܩ a שבק ܫܒܩ *reliquit*; אצטלב ܐܙܕܩܦ a צלב ܙܩܦ *suspendit, in crucem egit;* אסתמך ܐܣܬܡܟ a סמך ܣܡܟ *innixus fuit, adpropinquavit;* אזדבן ܐܙܕܒܢ a זבן ܙܒܢ *emit.* ת Chaldaeorum plane expungitur ante primam rad. ד ט ת, quibus literis postea imprimitur Dagesch forte compensativum, ut: אדבר *captus fuit*, pro: אתדבר; אטבע pro: אתטבע *submersus fuit*; אתקף pro: אתתקף *se roboravit.*

§ 37. DE AOR. I. SEU PRAETERITO ACT. ET PASS. FORMAE II.

In Activo.

III.	Sing.	קטל	ܩܛܠ
		קטלת	ܩܛܠܬ
	Plur.	קטלו	ܩܛܠܘ (ܩܛܠܘܢ)
		קטלא	ܩܛܠܝ (ܩܛܠܝܢ)
II.	Sing.	קטלת	M. ܩܛܠܬ F. ܩܛܠܬܝ
	Plur.	קטלתון	ܩܛܠܬܘܢ
		קטלתין	ܩܛܠܬܝܢ
I.	Sing.	קטלת	ܩܛܠܬ
	Plur.	קטלנא	ܩܛܠܢ (ܩܛܠܢܢ)

In Passivo.

III.	Sing.	אִתְקְטֵל	ܐܬܩܛܠ
		אִתְקְטֵלַת	ܐܬܩܛܠܬ
	Plur.	אִתְקְטִלוּ	ܐܬܩܛܠܘ (-ܠܘܢ)
		אִתְקְטִלָא	ܐܬܩܛܠܝ (-ܠܝܢ)
II.	Sing.	אִתְקְטֵלְתְּ	M. ܐܬܩܛܠܬ F. ܐܬܩܛܠܬܝ
	Plur.	אִתְקְטֵלְתּוּן	ܐܬܩܛܠܬܘܢ
		אִתְקְטֵלְתֵּין	ܐܬܩܛܠܬܝܢ
I.	Sing.	אִתְקְטֵלֵת	ܐܬܩܛܠܬ
	Plur.	אִתְקְטֵלְנָא	ܐܬܩܛܠܢ (-ܠܢܢ)

Notanda: I. Geminata secunda radicalis Chaldaeorum recipit Dagesch forte, quo signo carent Syri. Prima radicalis utriusque vocis, et secunda passivae vocis habet ְ ܶ; secunda activae vocis plerumque ֵ, (vel ֵי, ut: הֵלִיךְ), ܰ, non raro tamen ֵ ܶ, (praecipue ante 3. rad. gutturalem vel ר ܪ,) vel etiam ִי, ܺܝ, ut: קַבִּיל, ܩܰܒܶܠ.

II. Primae formae significatio, ut jam ex Gramm. hebr. et arab. constat, vel manet, vel intenditur, vel mutatur ex intransitiva in transi-

tivam, vel, si jam fuerit transitiva, fit transitiva in alterum, vel acquirit secundariam notionem *censendi* vel *declarandi*, *jubendi* vel quovis modo *curandi*, et *permittendi*. Quamlibet harum significationum formae secundae et tertiae, quae nimirum cum secunda convenit, plurimis exemplis optime confirmavit idem *Cl. Car. Agrell* in: *Lum. Syr.* §§. 2 — 5. et in: *Otiola Syr.* § III. d. f. Denique significatio hujus formae est etiam *privativa*, vel primae formae, ut: ܣܰܟܶܠ *stultitiam abstulit*, *intelligere fecit*, a I. ܣܟܶܠ *stultus fuit*, *insanivit*; vel tertiae formae, ut: ܛܰܢܶܦ *lavavit*, *purificavit a pollutione*, a III. ܐܰܛܢܶܦ *polluit*, *profanavit*.

§ 38. DE AOR. I. SEU PRAET. ACT. ET PASS. FORMAE III.

In Activo.

III.	Sing.	אַקְטֵל (טִל)	ܐܰܩܛܶܠ
		אַקְטְלַת	ܐܰܩܛܠܰܬ
	Plur.	אַקְטִילוּ	ܐܰܩܛܶܠܘ (ܠܘܢ)
		אַקְטִילָא	ܐܰܩܛܶܠ (ܠܶܝܢ)
II.	Sing.	אַקְטֵלְתְּ	M. ܐܰܩܛܶܠܬ F. ܐܰܩܛܶܠܬܝ
	Plur.	אַקְטֵלְתּוּן	ܐܰܩܛܶܠܬܘܿܢ
		אַקְטֵלְתֵּן	ܐܰܩܛܶܠܬܶܝܢ

I.	Sing.	אַקְטְלֵת	ܐܩܛܠܬ
	Plur.	אַקְטֵלְנָא	ܐܩܛܠܢ (ܢܢ-)

In Passivo.

III.	Sing.	אִתַּקְטַל	ܐܬܬܩܛܠ
		אִתַּקְטְלַת	ܐܬܬܩܛܠܬ
	Plur.	אִתַּקְטַלוּ	ܐܬܬܩܛܠܘ (ܠܘܢ-)
		אִתַּקְטַלָא	ܐܬܬܩܛܠܝ (ܠܝܢ-)
II.	Sing.	אִתַּקְטַלְתְּ	M. ܐܬܬܩܛܠܬ F. ܐܬܬܩܛܠܬܝ
	Plur.	אִתַּקְטַלְתּוּן	ܐܬܬܩܛܠܬܘܢ
		אִתַּקְטַלְתֵּין	ܐܬܬܩܛܠܬܝܢ
I.	Sing.	אִתַּקְטְלֵת	ܐܬܬܩܛܠܬ
	Plur.	אִתַּקְטַלְנָא	ܐܬܬܩܛܠܢ (ܢܢ-)

Notanda: I. In Activo praefigitur ܐ, אַ, (vel more Hebr. הַ, imo ponitur etiam integra forma IV. הַקְטִיל, cum qua convenit); prima radicalis quiescit, secunda habet plerumque ◌ַ ◌ֵ, (vel ◌ֵי, ut: אַרְגֵּיז Lev. 24, 11.), etiam ◌ֶי, ut: אַרְגִּיז Deut. 32, 16., vel ◌ֶ ◌ְ, praecipue ante 3. gutturalem vel ר ܪ.

II. In Passivo, expuncta characteristica א, ܐ, praecedens ת ܬ geminatur, quae ת ܬ porro

literae א ܐ expunctae vocalem ַ ܰ adsciscit; prima radicalis quiescit, secunda habet ַ ܰ. De significatione hujus formae diximus § praecedenti.

Verba: ܐܶܫܟܰܚ *invenit* et ܐܶܫܬܺܝ *bibit* non sunt in III. forma, sed in I. cum ܐ prosthetico, quod ܐ propterea non ܰ, sed ܶ habet; infinitivus vero et participium maxime simulant formam *Aktel*, ut: ܡܶܫܟܳܚܽܘ, ܡܶܫܟܰܚ

§ 39. DE AOR. I. SEU PRAETER. ACT. ET PASS. FORMAE IV.

Praefixo שׁ ܫ loco א ܐ tertiae formae, prorsus convenit forma IV. cum III. ratione habita formationis, significationis et flexionis. Nonnullas tamen addimus personas.

In Activo.

III.	Sing.	שַׁקְטֵל	ܫܰܩܛܶܠ
		שַׁקְטְלַת	ܫܰܩܛܠܰܬ
	Plur.	שַׁקְטֵלוּ	ܫܰܩܛܶܠܘ (-ܠܽܘܢ)
		שַׁקְטֵלָא	ܫܰܩܛܶܠܝ (-ܠܶܝܢ)
II.	Sing.	שַׁקְטֵלְתְּ	M. ܫܰܩܛܶܠܬ F. ܫܰܩܛܶܠܬܝ

cet.

In Passivo.

		Hebr.	Syr.
III.	Sing.	אִשְׁתַּקְטַל	ܐܶܫܬܰܩܛܰܠ
		אִשְׁתַּקְטְלַת	ܐܶܫܬܰܩܛܠܰܬ
	Plur.	אִשְׁתַּקְטַלוּ	ܐܶܫܬܰܩܛܰܠܘ (ܠܘܢ)
		אִשְׁתַּקְטַלָא	ܐܶܫܬܰܩܛܰܠܝ (ܠܶܝܢ)
II.	Sing.	אִשְׁתַּקְטַלְתְּ	M. ܐܶܫܬܰܩܛܰܠܬ F. ܐܶܫܬܰܩܛܰܠܬܝ

cet.

§ 40. DE TEMPORE PLUSQUAMPERFECTO.

Conjunctus cum aoristo I. alterius verbi aoristus I. verbi substantivi הֲוָא, ܗܘܳܐ in eadem persona et in eodem numero exprimit, rarius tamen apud Chaldaeos, plusquamperfectum, ut: הֲוָא נְפַק *exiverat*; הֲווֹ קְרוֹ לֵהּ *vocaverant illum*; ܩܛܰܠ ܗܘܳܐ *occiderat*, ܦܰܩܶܕܘ ܗܘܰܘ *jusserant*; non raro tamen, suadente id serie contexta, et imperfectum et perfectum sic describitur. Omnino diversum quid obtinet, ubi illud verbum substantivum per abundantiam, et propterea in diversa persona et diverso numero additur alteri verbo, ut: ܠܳܐ ܗܘܳܐ ܡܶܢ ܦܣܳܩ ܢܶܦܣܘܩ, *non (fuit) excidendo excidit*; ܠܳܐ ܗܘܳܐ ܐܰܢ̄ܬܘܢ ܓܒܰܝܬܘܢܳܢܝ, *non (fuit) vos elegistis me.*

§. 41.

DE AORISTO II., SEU POTIUS FUTURO OMNIUM FORMARUM.

I. Forma.

In Activo.

I.	Sing.	אֶקְטֻל	ܐܶܩܛܘܽܠ
	Plur.	נִקְטֻל	ܢܶܩܛܘܽܠ
II.	Sing.	תִּקְטֻל	ܬܶܩܛܘܽܠ
		תִּקְטְלִין (־לִי)	ܬܶܩܛܠܺܝܢ (-ܛܠܺܝܢ)
	Plur.	תִּקְטְלוּן	ܬܶܩܛܠܘܽܢ
		תִּקְטְלָן	ܬܶܩܛܠܳܢ
III.	Sing.	יִקְטֻל	ܢܶܩܛܘܽܠ
		תִּקְטֻל	ܬܶܩܛܘܽܠ (-ܛܘܽܠܺܝܢ)
	Plur.	יִקְטְלוּן	ܢܶܩܛܠܘܽܢ
		יִקְטְלָן	ܢܶܩܛܠܳܢ

In Passivo.

I.	Sing.	אִתְקְטֵל	ܐܶܬܩܛܶܠ
	Plur.	נִתְקְטֵל	ܢܶܬܩܛܶܠ
II.	Sing.	תִּתְקְטֵל	ܬܶܬܩܛܶܠ
		תִּתְקַטְלִין (־לִי)	ܬܶܬܩܰܛܠܺܝܢ (-ܛܠܺܝܢ)
	Plur.	תִּתְקַטְלוּן	ܬܶܬܩܰܛܠܘܽܢ
		תִּתְקַטְלָן	ܬܶܬܩܰܛܠܳܢ

III.	Sing.	יִתְקְטֵל	ܢܶܬܩܛܶܠ
		תִּתְקְטֵל	ܬܶܬܩܛܶܠ
	Plur.	יִתְקַטְלוּן	ܢܶܬܩܰܛܠܽܘܢ
		יִתְקַטְלָן	ܢܶܬܩܰܛܠܳܢ

II. Forma.

In Activo.

I.	Sing.	אֲקַטֵּל	ܐܩܰܛܶܠ
	Plur.	נְקַטֵּל	ܢܩܰܛܶܠ
II.	Sing.	תְּקַטֵּל	ܬܩܰܛܶܠ
		תְּקַטְּלִין (־לִי)	ܬܩܰܛܠܺܝܢ (ܠܺܝܢ-)
	Plur.	תְּקַטְּלוּן	ܬܩܰܛܠܽܘܢ
		תְּקַטְּלָן	ܬܩܰܛܠܳܢ
III.	Sing.	יְקַטֵּל	ܢܩܰܛܶܠ
		תְּקַטֵּל	ܬܩܰܛܶܠ
	Plur.	יְקַטְּלוּן	ܢܩܰܛܠܽܘܢ
		יְקַטְּלָן	ܢܩܰܛܠܳܢ

In Passivo.

I.	Sing.	אִתְקַטַּל	ܐܶܬܩܰܛܰܠ
	Plur.	נִתְקַטַּל	ܢܶܬܩܰܛܰܠ

II.	Sing.	תִּתְקַטֵּל	ܬܬܩܛܠ
		תִּתְקַטְּלִין (־לִי)	ܬܬܩܛܠܝܢ (-ܠܝܢ)
	Plur.	תִּתְקַטְּלוּן	ܬܬܩܛܠܘܢ
		תִּתְקַטְּלָן	ܬܬܩܛܠܢ
III.	Sing.	יִתְקַטֵּל	ܢܬܩܛܠ
		תִּתְקַטֵּל	ܬܬܩܛܠ
	Plur.	יִתְקַטְּלוּן	ܢܬܩܛܠܘܢ
		יִתְקַטְּלָן	ܢܬܩܛܠܢ

III. Forma.

In Activo.

I.	Sing.	אַקְטֵל	ܐܩܛܠ
	Plur.	נַקְטֵל	ܢܩܛܠ
II.	Sing.	תַּקְטֵל	ܬܩܛܠ
		תַּקְטְלִין (־לִי)	ܬܩܛܠܝܢ (-ܠܝܢ)
	Plur.	תַּקְטְלוּן	ܬܩܛܠܘܢ
		תַּקְטְלָן	ܬܩܛܠܢ

cet.

In Passivo.

I.	Sing.	אִתַּקְטַל	ܐܬܬܩܛܠ
	Plur.	נִתַּקְטַל	ܢܬܬܩܛܠ

II.	Sing.	תִּתַקְטֵל	ܬܬܩܛܠ
		(־לִי) תִּתַקְטְלִין	(ـܝܢܝܢ) ܬܬܩܛܠܝܢ
	Plur.	תִּתַקְטְלוּן	ܬܬܩܛܠܘܢ
		תִּתַקְטְלָן	ܬܬܩܛܠܢ

cet.

IV. Forma.

In Activo.

I.	Sing.	אֶשַׁקְטֵל	ܐܫܩܛܠ
	Plur.	נְשַׁקְטֵל	ܢܫܩܛܠ
II.	Sing.	תְּשַׁקְטֵל	ܬܫܩܛܠ
		(־לִי) תְּשַׁקְטְלִין	ܬܫܩܛܠܝܢ
	Plur.	תְּשַׁקְטְלוּן	ܬܫܩܛܠܘܢ
		תְּשַׁקְטְלָן	ܬܫܩܛܠܢ

cet.

In Passivo.

I.	Sing.	אִשְׁתַּקְטַל	ܐܫܬܩܛܠ
	Plur.	נִשְׁתַּקְטַל	ܢܫܬܩܛܠ
II.	Sing.	תִּשְׁתַּקְטַל	ܬܫܬܩܛܠ
		(־לִי) תִּשְׁתַּקְטְלִין	(ـܝܢܝܢ) ܬܫܬܩܛܠܝܢ
	Plur.	תִּשְׁתַּקְטְלוּן	ܬܫܬܩܛܠܘܢ
		תִּשְׁתַּקְטְלָן	ܬܫܬܩܛܠܢ cet.

Notanda in paradigma: I. Sub media radicali plerumque est ְ ܘܳ; sed non raro vel: ָ, ֵ (ֵי), vel ִ (ִי), praecipue in verbis semipassivis, ut: ܬܬܛܦ *impinges;* יִתֵּן *dabit;* תִּקְטֵיל *occidet;* יְרַחֵים *miserebitur,* תִּשְׁתְּבֵק *relinquetur;* vel porro ְ ַ, inprimis ante tertiam gutturalem vel ר ܪ, ut: תִּקְרַב *adpropinquabit,* אֶפְתַּח *aperiam;* ܬܕܚܠ *timebis,* ܐܦܬܚ, *aperiam;* id quod valet quoque de *Ithktel, Kattel* et *Aktel.* In chaldaico denique pro ְ occurrit etiam ֹו vel וּ, ut: אֶשְׁתּוֹק *tacebo,* אֶיקְטוֹל et אֶקְטוּל.

II. Praeformativae literae cum praeformativis Hebraeorum vel Arabum fere sunt eaedem; Syrorum tamen 3. sing. masc. et 3. plur. utriusque generis pro ܝ habet ܢ, (probabilius ex ܗܘܢ), Chaldaeorum vero 3. plur. foem. י pro ת, (forte ex הִיא).

III. Denique 2. et 3. sing. foem. Syrorum saepe in fine admittit ܢ otiosum seu paragogicum.

De usu hujus temporis. 1. Aoristus II., ut idem Hebraeorum vel Arabum, notat simul imperativum, eumque in 3. persona sing. et plur., et in 1. plur. in sententia et adfirmante et negante, in 2. vero sing. et plur. in sola sententia negante ac prohibente; Syri, rarius Chaldaei,

amant praemittere imperativum: ܬܳܐ, ܬܰܘ, *veni, venite*, אֱתוּ *venite*, ut: ܬܰܘ ܢܶܐܙܰܠ *venite eamus*; אֱתוּ וְנְתוּב, Hos. 6, 1. Jonath.

2. Aoristus II. cum praef. ל ܠ vel ד ܕ, notat conjunctivum, isque saepe ponitur pro infinitivo, ut: לִיקְטֹל *ut occidat*; לִיהֱוֹוְן (vel, praeformativa non raro expuncta: לֶהֱוֹיְן), *ut sint*; ܡܰܢ ܕܨܳܒܶܐ ܕܢܺܐܬܶܐ ܒܳܬܰܪܝ *qui vult venire (ut veniat) post me*, Matth. 16, 3.; ܕ saepe quoque omittitur, ut solus Aor. II. significet infinitivum, ut: ܕܠܳܐ ܐ̱ܢܳܫ ܢܶܫܟܰܚ ܢܶܥܒܰܪ *ut nemo posset*, *(ut) transiret*, pro: *transire*, Matth. 8, 28. ܦܰܩܶܕ ܠܝ ܐܶܬܶܐ ܠܘܳܬܳܟ݂, *jube me (ut) veniam (venire) ad te*; Matth. 14, 28.

3. Syri per aor. II. verbi principalis sequente aor. I. verbi ܗܘܳܐ non raro exprimunt conjunctivum temporis imperfecti et plusquamperfecti, ut: ܐܰܝܟ݂ ܕܠܳܐ ܢܶܫܟܚܽܘܢ ܗ̱ܘܰܘ *ita ut non possent*, Marc. 3, 20. *Quid damni* ܢܶܗܘܶܐ ܗ̱ܘܳܐ *futurum fuisset*, *si spicas* (non quasvis, sed) *bonas* ܢܩܰܪܶܒ ܗ̱ܘܳܐ *obtulisset* (Cainus)? — *Ephraem. Syr.* T. I. p. 40, et ibidem p. 44. 53.

4. Chaldaei futurum modo periphrastico notare solent per: עֲתִיד *paratus* cum infinitivo alterius verbi, ut: עֲתִיד יְיָ לְאִתְפְּרַע *paratus est Jova ad vindicandum* i. e. *vindicaturus est Jova*; Nah. 1, 2. 3.

§ 42.

DE IMPERATIVIS OMNIUM FORMARUM.

I. Forma.

In Activo.

II. Sing.	קְטֹל	ܩܛܘܠ
	קְטֻלִי	ܩܛܘܠܝ
II. Plur.	קְטֻלוּ (־לוּן)	ܩܛܘܠܘ
	קְטֻלְנָא (־לָן)	ܩܛܘܠܝܢ

In Passivo.

II. Sing.	אִתְקְטֵל	ܐܬܩܛܠ
	אִתְקְטֵלִי	ܐܬܩܛܠܝ
II. Plur.	אִתְקְטֵלוּ	ܐܬܩܛܠܘ
	אִתְקְטֵלְנָא	ܐܬܩܛܠܝܢ

II. Forma.

In Activo.

II. Sing.	קַטֵּל	ܩܛܠ
	קַטֵּלִי	ܩܛܠܝ
II. Plur.	קַטֵּלוּ	ܩܛܠܘ
	קַטֵּלְנָא	ܩܛܠܝܢ

In Passivo.

II. Sing.	אִתְקַטַּל	ܐܬܩܛܠ
	אִתְקַטַּלִי	ܐܬܩܛܠܝ

II. Plur.	אִתְקַטַּלוּ	ܐܶܬ݂ܩܰܛܰܠܘ
	אִתְקַטַּלְנָא	ܐܶܬ݂ܩܰܛܰܠܶܝܢ

III. Forma.

In Activo.

II. Sing.	אַקְטֵל	ܐܰܩܛܶܠ
	אַקְטֵלִי	ܐܰܩܛܶܠܝ
II. Plur.	אַקְטֵלוּ	ܐܰܩܛܶܠܘ
	אַקְטֵלְנָא	ܐܰܩܛܶܠܶܝܢ

In Passivo.

II. Sing.	אִתַּקְטַל	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܩܛܰܠ
	אִתַּקְטַלִי	ܐܶܬ݁ܬ݁ܰܩܛܰܠܝ

cet.

IV. Forma.

In Activo.

II. Sing.	שַׁקְטֵל	ܫܰܩܛܶܠ
	שַׁקְטֵלִי	ܫܰܩܛܶܠܝ

cet.

In Passivo.

II. Sing.	אִשְׁתַּקְטַל	ܐܶܫܬ݁ܰܩܛܰܠ
	אִשְׁתַּקְטַלִי	ܐܶܫܬ݁ܰܩܛܰܠܝ

cet.

Notanda: Quae de vocali mediae radicalis in aor. II. § 41. diximus, valent etiam in imperativo, ut: אֱזִילוּ *ite* ܥܒܶܕܘ *facite*, עֲבִידוּ *facite*, כְּבַשׁוּ *subjicite*, ܦܬܰܚ פְּתַח *aperi*, תְּקוּפוּ *fortes estote*, פְּקוֹד *impera*.

Nonnunquam pro imperativo ponitur, ut in hebraica lingua, praeteritum blandius et optative, ut: ܥܢܺܝܬܳܢܝ pro עֲנֵנִי, Ps. 4, 2.

§ 43. DE INFINITIVIS OMNIUM FORMARUM.

Forma	מִקְטַל vel מְקְטַל	ܡܶܩܛܰܠ (ܡܶܩܛܳܠܘ)
I.	אִתְקְטָלָא	ܡܶܬܩܛܳܠܘ
II.	קַטָּלָא	ܡܩܰܛܳܠܘ
	אִתְקַטָּלָא	ܡܶܬܩܰܛܳܠܘ
III.	אַקְטָלָא	ܡܰܩܛܳܠܘ
	אִתַּקְטָלָא	ܡܶܬܰܩܛܳܠܘ
IV.	שַׁקְטָלָא	ܡܫܰܩܛܳܠܘ
	אִשְׁתַּקְטָלָא	ܡܶܫܬܰܩܛܳܠܘ

Notanda: Omnibus infinitivis utriusque dialecti foeminina est terminatio in ָא et ܳܘ, excepto activo formae I., qui tamen nonnunquam etiam habet foemininam terminationem, ut: לְמִבְנְיָה

et לְשַׁכְלָלָה, Esr. 5, 9., ubi ה est pro א per hebraismum; ܡܶܦܪܰܫ *discedere*, Luc. 9, 33. Omnes porro infinitivi Syrorum habent ܡ praeformativum, quod respuunt infinitivi Chaldaeorum, excepto infinitivo formae I. act., in quo tamen post aliquam praefixam non raro iterum מ abjicitur, ut: לְקְטַל vel לְמִקְטַל.

Aramaei infinitivo, inprimis qui ab altero pendet verbo, praemittere amant praepositionem, eamque praecipue ל, ܠ, ut: לְמִקְטַל *occidere; אֲמַר לְכַפָּתָה jussit, ut ligarent*, Dan. 3, 20.; ܠܡܶܪܥܳܐ ܚܙܺܝܪ̈ܶܐ, *pascere porcos*; ܡܰܢܘ ܡܶܫܟܰܚ ܠܡܶܫܒܰܩ, *quis potest dimittere* (peccata)? Marc. 2, 7. Ubi vero praeterea מִן est praefigendum, manet ל, ne duo מ concurrant, ut: מִלְּמִקְטַל, *ab occidendo*. Infinitivus vero, cui finitus ejusdem verbi modus additur, praefixam respuit; ut: מִמְסַר תִּמְסַר *tradendo trades*; ܡܶܕܡܳܐ ܕܳܡܶܐ *valde similis est*.

§ 44. DE PARTICIPIIS OMNIUM FORMARUM.

I. Forma.

Act. Sing.	קָטֵל (קָטִל)	ܩܳܛܶܠ
	קָטְלָא	ܩܳܛܠܳܐ
Plur.	קָטְלִין	ܩܳܛܠܺܝܢ
	קָטְלָן	ܩܳܛܠܳܢ

Pass. I. Sing.	קְטִיל	ܩܛܝܠ
	קְטִילָא	ܩܛܝܠܐ
Plur.	קְטִילִין	ܩܛܝܠܝܢ
	קְטִילָן	ܩܛܝܠܢ
Pass. II. Sing.	מִתְקְטֵל (־טִל)	ܡܬܩܛܠ
	מִתְקַטְלָא	ܡܬܩܛܠܐ
Plur.	מִתְקַטְלִין	ܡܬܩܛܠܝܢ
	מִתְקַטְלָן	ܡܬܩܛܠܢ

II. Forma.

Act. Sing.	מְקַטֵּל (־טִּל)	ܡܩܛܠ
	מְקַטְּלָא	ܡܩܛܠܐ
Plur.	מְקַטְּלִין	ܡܩܛܠܝܢ
	מְקַטְּלָן	ܡܩܛܠܢ
Pass. I. Sing.	מְקַטַּל	ܡܩܛܠ
	מְקַטְּלָא	ܡܩܛܠܐ
Plur.	מְקַטְּלִין	ܡܩܛܠܝܢ
	מְקַטְּלָן	ܡܩܛܠܢ
Pass. II. Sing.	מִתְקַטַּל	ܡܬܩܛܠ
	מִתְקַטְּלָא	ܡܬܩܛܠܐ

cet.

III. Forma.

Act.	מְקַטֵּל (־טִל)	ܡܩܰܛܶܠ	
Sing.	מְקַטְּלָא	ܡܩܰܛܠܳܢ	cet.
Pass. I.	מְקַטַּל	ܡܩܰܛܰܠ	
Sing.	מְקַטְּלָא	ܡܩܰܛܠܳܢ	cet.
Pass. II.	מִתְקַטַּל	ܡܶܬܩܰܛܰܠ	
Sing.	מִתְקַטְּלָא	ܡܶܬܩܰܛܠܳܢ	cet.

IV. Forma.

Act.	מְשַׁקְטֵל (־טִל)	ܡܫܰܩܛܶܠ	
Sing.	מְשַׁקְטְלָא	ܡܫܰܩܛܠܳܢ	cet.
Pass. I.	מְשַׁקְטַל	ܡܫܰܩܛܰܠ	
Sing.	מְשַׁקְטְלָא	ܡܫܰܩܛܠܳܢ	cet.
Pass. II.	מִשְׁתַּקְטַל	ܡܶܫܬܰܩܛܰܠ	
Sing.	מִשְׁתַּקְטְלָא	ܡܶܫܬܰܩܛܠܳܢ	cet.

Notanda: I. Omnium formarum participia, excepto activo formae I., adsciscunt מ ܡ praeformativum.

II. *Activa* omnium formarum participia sub media rad. habent ◌ַ ◌ֵ (in chald. etiam ◌ִ, ut: דָּלִק *ardens*, Dan. 7, 9.), et *passiva* ◌ַ ◌ܰ; (idem est discrimen in Arabum participiis, ut: مُفَعِّلٌ,

act. f. II., ܡܰܩܰܛܠܳܐ, pass. f. II., cet.). Saepe tamen activa omnium formarum participia etiam sub media rad. admittunt ַ ܰ, praecipue ante 3. gutturalem vel ר ܪ, ut: פָּלַח ܦܳܠܰܚ *serviens*, אָמַר ܐܳܡܰܪ *dicens*, יָדַע ܝܳܕܰܥ *sciens*, et sic in ceteris formis; quo facto discrimen activa inter et passiva cadit etiam in genere masc. sing., prout alioquin, vocali illa in flexione abjecta, in statu nimirum emphatico masc., in genere foeminino et in toto numero plurali perpetuo cadit illud discrimen, quare activa vel passiva significatio ex sola serie contexta erit intelligenda.

III. Litera denique characteristica tertiae formae: אִ, ob literas praeformativas participiorum, prout in aor. II. et infinitivo formarum ex eadem ratione, solet abjici; sola verba, quibus una radicalium excidit, nonnunquam retinent charact. Aleph, ut: ܡܶܬܐܰܚܝܳܢܽܘܬܳܐ, ܡܶܬܐܰܚܝܳܢܳܐ, ܐܶܬܐܰܚܝܰܢ a ܚܝܳܐ *vixit*. Singularis et hebraica forma est: מְהַחְצְפָה pro מְחַצְפָה, *dura, crudelis*, Dan. 2, 15.

§. 45. DE PARTICIPIO *K'TIL*, SEU PASS. I. FOR. I.

Participium passivum: קְטִיל, ܩܛܺܝܠ, *occisus*, quod in lingua chaldaica sub media radic. etiam

admittit ◌ֵ, ut: תְּקֵל *appensus*, Dan. 5, 25. 28., et in syriaca sub prima ◌ܺ, ut: ܬܡܺܝܗ *stupefactus*, activo etiam sensu occurrit, ut: ܐܚܺܝܕ φερων, *tenens*, *sustinens*, unde: ܐܚܺܝܕ ܟܽܠ, παντοκρατωρ; ܣܒܺܝܠܐ *portans*, ܠܒܺܝܟ *prehendens*; saepe passivo quidem adest sensu, activo tamen vertitur, praecipue in verbis affectuum, ut: ܐܒܺܝܠܐ *lugens*, (*contristatus*), טְעִין ܛܥܺܝܢ *portans*, (*oneratus*).

Chaldaei porro hoc participium, inprimis in sacris Danielis et Esrae reliquiis, flectunt ad normam aoristi I., ut sequitur:

Occisus est, cet.	III.	קְטִיל קְטִילוּ	קְטִילַת קְטִילָא
	II.	קְטִילְתְּ קְטִילְתּוּן	קְטִילְתֵּן
	I.	קְטִילֵת קְטִילְנָא	

Syri hanc flexionem ignorant, speciali tamen modo nonnunquam illo utuntur participio, ut: ܫܒܺܝܩܢ ܠܺܝ ܟܽܠ, *relicta sunt mihi (a me) omnia*, pro: *omnia reliqui*; ܟܦܺܝܪ ܒܳܟ *negatum in te*, pro:

abnego te; ܐܝܟ ܕܪܚܝܡܐ ܠܝ *ut dilectum est mihi*, i. e. *ut volo.*

§. 46. DE PERIPHRASI IMPERFECTI.

Imperfectum non tantum, more Hebraeorum, docente serie contexta per utrumque aoristum significatur, sed etiam per הֲוָא ܗܘܐ cum participio vel cum voce: אִית, ܐܝܬ (יֵשׁ, أيس, conf. *Gesenius* Lehrgebäude, cet. §. 53. 6. p. 187.), ut: חָזֵה הֲוָא *videbat*, חָזֵה הֲוַיְתָ *videbas*, cet. ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ, *dicebant*, ܡܗܠܟ ܗܘܐ, *ibat*, ܐܝܬ ܗܘܐ *erat*; conf. Dan. 5, 19.; persaepe הֲוָא ܗܘܐ omittitur, ut: עָנֵה וְאָמַר *respondens et dicens* (erat). Haec tamen periphrasis, suadente serie contexta, notat quoque perfectum, plusquamperfectum, hujusque conjunctivum, ut: עֲנוֹ וְאָמְרִין *responderunt et dixerunt*; ܐܡܪܬ ܗܘܝܬ *dixissem*, (conf. *Michael.* Chrestom. Syr. p. 33. lin. 7—9. et 12. vel *Assem.* bibl. or. T. 1. p. 369.); imo et imperativum, cui vero praemittitur verbum substantivum, ut: ܗܘܘ ܐܡܪܝܢ *dicite*; ܗܘܘ ܐܬܝܢ *venite*; ܗܘܝܢ ܡܬܚܫܒܝܢ *reputemur*; ܬܗܘܐ ܝܠܦܐ *discat* (illa).

§. 47.

DE PERIPHRASI PRAESENTIS.

Praesens fit vel per אִית ܐܝܬ cum suffixis, vel per participium cum pronominibus separatis, (saepe etiam sine illis, ut: ܠܡܢ ܕܨܒܝܢ ܡܩܛܠܝܢ ܘܠܡܢ ܕܨܒܝܢ ܡܚܝܝܢ ܘܡܡܠܟܝܢ *quem volunt, occidunt, et, quem volunt, in vita conservant, et regem creant; Abulphar.* p. 168. lin. 3.). Prior ratio tantum praesens verbi substantivi spectat, ut sequitur:

Sum		אִיתַי	ܐܝܬܝ
Sumus		אִיתָנָא	ܐܝܬܝܢ
Es	M.	אִיתַךְ	ܐܝܬܝܟ
	F.	אִיתַיְכִי	ܐܝܬܝܟܝ
Estis	M.	אִיתֵיכוֹן	ܐܝܬܝܟܘܢ
	F.	אִיתֵיכֵן	ܐܝܬܝܟܝܢ
Est	M.	אִיתוֹהִי (־תוֹ)	ܐܝܬܘܗܝ
		אִיתְנֵהוּ	
Est	F.	אִיתוֹהָא	ܐܝܬܝܗ
Sunt	M.	אִיתֵיהוֹן	ܐܝܬܝܗܘܢ
	F.	אִיתֵיהֵן	ܐܝܬܝܗܝܢ

Cui praesentis periphrasi ubi praeterea additur ܗ̊ܘܳܐ, oritur imperfectum: ܐܺܝܬܰܘܗ̱ܝ ܗ̊ܘܳܐ *erat.* — Pronomen personale post participium ponitur loco verbi substantivi, et sic plerumque praesens, nonnunquam etiam imperfectum et perfectum indicat. Pronomen illud vel separatur a participio, vel in nonnullis personis, prima litera abjecta, participio suffigitur, cujus rei exemplum in activo formae I. participio omnium loco exhibemus.

I. Sing.	M.	קָטֵל אֲנָא	ܩܳܛܶܠ ܐ̱ܢܳܐ	Occido
		קָטֵלְנָא	—	
	F.	קָטְלָא אֲנָא	ܩܳܛܠܳܐ ܐ̱ܢܳܐ	
		קָטְלָאנָא	—	
I. Plur.	M.	קָטְלִין נַחְנָא	ܩܳܛܠܺܝܢ ܚܢܰܢ	Occidimus
		קָטְלִינַן	—	
	F.	קָטְלָן נַחְנָא	ܩܳܛܠܳܢ ܚܢܰܢ	
		קָטְלָנַן	—	
II. Sing.	M.	קָטֵל אַנְתְּ	ܩܳܛܶܠ ܐ̱ܢ݇ܬ	Occidis
		קָטֵלַתְּ	ܩܳܛܶܠܬ	
	F.	קָטְלָא אַנְתְּ (תִּי)	ܩܳܛܠܳܐ ܐ̱ܢ݇ܬܝ	
		קָטְלַתִּי	ܩܳܛܠܳܬܝ	

M. II. Plur.	קָטְלִין אַנְתּוּן	ܩܳܛܠܺܝܢ ܐܢ̱ܬܽܘܢ	Occiditis
	קָטְלִיתוּן	ܩܳܛܠܺܝܬܽܘܢ	
F.	קָטְלָן אַנְתֵּן	ܩܳܛܠܳܢ ܐܢ̱ܬܶܝܢ	
	קָטְלָתֵּן	ܩܳܛܠܳܬܶܝܢ	
III. Sin. M.	קָטֵל הוּא	ܩܳܛܶܠܗ̱ܘܳ	Occidit
		ܩܳܛܶܠ ܗ̱ܘܳ	

Reliqua tertiae personae pronomina, separata quippe, nihil habent difficultatis.

Quaedam de usu participii Syrorum observanda:

I. Participio, quod exprimit statum et conditionem agentis vel patientis, solet praemitti ܟܰܕ *dum*, vel ܕ *qui*, ut: *Et respiciens Jesum*, ܟܰܕ ܡܗܰܠܶܟ *ambulantem*, (*dum ambularet*), Joh. 1, 36. *Vidit Levi Alphaei*, ܕܝܳܬܶܒ *sedentem*, (*qui sedebat*), Marc. 2, 14. Saepe tale participium cum ܟܰܕ vertendum est per ablativum absolutum, ut: Matth. 15, 20. ܟܰܕ ܠܳܐ ܡܫܺܝܓܳܢ ܐܺܝܕܰܘܗ̱ܝ, *cum non lotae essent manus ejus*, i. e. *non lotis manibus*. Sic Marc. 7, 2. 5. Joh. 11, 44.

II. Participia Graecorum, verbo eleganter juncta, exprimunt Syri ponendo utrumque verbum per asyndeton in eodem tempore et numero, eademque persona, ut: ܙܶܠܘ ܒܰܥܰܘ, πορευθέντες ἐξετάσατε, *ite*, *exquirite*; Matth. 2, 8.; et ibidem: *ut et ego* ܐܺܬܶܐ ܐܶܣܓܽܘܕ *veniam*, *adorem illum*.

III. Per Graecismum participium ponitur infinitivi loco, inprimis post verba *incipiendi*, *continuandi*, *desinendi*, *ut*: ܐܝܟ ܕܠܐ ܐܫܟܚ ܐܚܝܕ ܐܢܘܢ, *ut non posset capere illos*, Marc. 2, 2. ܫܪܝܘ ܐܟܠܝܢ *coeperunt manducare*, Matth. 12, 1.

§. 48. DE VERBO CUM SUFFIXIS.

Suffixa verborum transitivorum significare accusativum, intransitivorum vero dativum aut casum praepositionis; pronomina porro reciproca minime suffixis, sed praecipue passivis formis notari, nec ideo primae et secundae verborum personae suffigi pronomina ejusdem personae, (et apud Syros nulli praeterea verbi personae pronomina tertiae pers. pluralis); haec omnia jam ex hebraica grammatica nota supponimus. Varias quoque suffixorum formas, addendas diversis verborum terminationibus, jam supra §. 11. in fine sub literis *a b c* indicavimus. Restat itaque, ut ipsas singularum verbi personarum mutationes, quas in annectendis suffixis subeunt, curatius nunc exhibeamus.

Aor. I. seu Praeteritum.

III. Persona singularis masculina.

	קְטַל	ܩܛܰܠ
Occidit me	קַטְלַנִי	ܩܰܛܠܰܢܝ
— nos	קַטְלָנָא (־לָן)	ܩܰܛܠܰܢ
— te m.	קַטְלָךְ	ܩܰܛܠܳܟ
— te f.	קַטְלֵךְ (־לְכִי)	ܩܰܛܠܶܟܝ
— vos m.	קַטַּלְכוֹן	ܩܛܰܠܟܽܘܢ
— vos f.	קַטַּלְכֵן	ܩܛܰܠܟܶܝܢ
— illum	קַטְלֵהּ (־לוֹהִי ־לֵיהּ)	ܩܰܛܠܶܗ
— illam	קַטְלָהּ	ܩܰܛܠܳܗ̇
— illos	קַטְלִנּוּן קַטַּלְנוּן	ܩܛܰܠ ܐܶܢܽܘܢ
— illas	קַטְלִנֵּן קַטַּלְנֵן	ܩܛܰܠ ܐܶܢܶܝܢ

ܩܛܰܠ קְטַל manet ante suffixa: כוֹן, כֵן, נוּן, נֵן, ܟܽܘܢ ܟܶܝܢ; mutatur vero in קַטְל ܩܰܛܠ ante reliqua suffixa. Accedunt vero suffixa, expressa sub litera *a*; conf. § 11. nota in fine.

III. Pers. sing. foem.

	קַטְלַת	ܩܶܛܠܰܬ
Occidit me	קַטְלַתְנִי	ܩܛܰܠܬܰܢܝ
— nos	קַטְלַתְנָא	ܩܛܰܠܬܰܢ

Occidit te m.	קְטַלְתָּךְ	ܩܛܠܬܟ
— te f.	קְטַלְתֵּךְ	ܩܛܠܬܟܝ
— vos m.	קְטַלַתְכוֹן	ܩܛܠܬܟܘܢ
— vos f.	קְטַלַתְכֵן	ܩܛܠܬܟܝܢ
— illum	קְטַלְתֵּהּ	ܩܛܠܬܗ
— illam	קְטַלְתַּהּ	ܩܛܠܬܗ
— illos	קְטַלְתְּנוּן	ܩܛܠܬ ܐܢܘܢ
— illas	קְטַלְתְּנֵן	ܩܛܠܬ ܐܢܝܢ

ܩܛܠܬ קְטַלַת manet ante suffixa secundae pers. pluralis, et abit ante reliqua in ܩܛܠܬ קְטַלְת. Adduntur suffixa ut in priori persona.

II. Pers. sing. masc.

	קְטַלְתְּ	ܩܛܠܬ
Occidisti me	קְטַלְתַּנִי	ܩܛܠܬܢܝ
— nos	קְטַלְתָּנָא	ܩܛܠܬܢ
— illum	קְטַלְתֵּהּ	ܩܛܠܬܝܗܝ
— illam	קְטַלְתַּהּ	ܩܛܠܬܗ
— illos	קְטַלְתְּנוּן	ܩܛܠܬ ܐܢܘܢ
— illas	קְטַלְתְּנֵן	ܩܛܠܬ ܐܢܝܢ

ܩܛܠܬ קְטַלְתְּ manet, sed accedunt suffixa Chaldaeorum sub *a*, Syrorum vero per exceptionem indicata sub *c*; conf. § 11. Not. in fine.

II. Pers. sing. foem.

	קְטַלְתְּ (־תִּי)	ܩܛܰܠܬܝ
Occidisti me	קְטַלְתִּינִי	ܩܛܰܠܬܺܝܢܝ
— nos	קְטַלְתִּינָא	ܩܛܰܠܬܺܝܢ
— illum	קְטַלְתִּיהִי	ܩܛܰܠܬܺܝܗܝ
— illam	קְטַלְתִּיהָ	ܩܛܰܠܬܺܝܗ
— illos	קְטַלְתִּינוּן	ܩܛܰܠܬܝ ܐܶܢܽܘܢ
— illas	קְטַלְתִּינֵין	ܩܛܰܠܬܝ ܐܶܢܶܝܢ

קְטַלְתְּ manet, vel rarior, quae in paradigmate notatur, forma occurrit: ·קְטַלְתִּי· ܩܛܠܬܝ vero mutatur in ܩܛܰܠܬܺܝ; accrescunt ergo suffixa sub *b* notata; § 11. in fine.

I. Pers. sing. comm.

	קְטְלֵת	ܩܶܛܠܶܬ
Occidi te m.	קְטַלְתָּךְ (־תִיךְ)	ܩܛܰܠܬܳܟ
— te f.	קְטַלְתֵּךְ (־לְתֵכִי)	ܩܛܰܠܬܶܟܝ
— vos m.	קְטַלְתְּכוֹן	ܩܛܰܠܬܟܽܘܢ
— vos f.	קְטַלְתְּכֵן	ܩܛܰܠܬܟܶܝܢ
— illum	קְטַלְתֵּיהּ	ܩܛܰܠܬܶܗ
— illam	קְטַלְתָּהּ	ܩܛܰܠܬܳܗ
— illos	קְטַלְתְּנוּן	ܩܶܛܠܶܬ ܐܶܢܽܘܢ
— illas	קְטַלְתְּנֵין	ܩܶܛܠܶܬ ܐܶܢܶܝܢ

קְטֵלַת ܩܶܛܠܰܬ mutatur in קְטַלְת ܩܛܰܠܬ; et annectuntur suffixa sub *a*, § 11.

III. Pers. plur. masc.

		קְטַלוּ	ܩܛܰܠܘ
Occiderunt	me	קַטְלוּנִי	ܩܰܛܠܽܘܢܝ (ܠܽܘܢܳܢܝ)
—	nos	(וּנָן) קַטְלוּנָא	ܩܰܛܠܽܘܢ (ܠܽܘܢܳܢ)
—	te m.	קַטְלוּךְ	ܩܰܛܠܽܘܟ (ܠܽܘܢܳܟ)
—	te f.	קַטְלוּךְ	ܩܰܛܠܽܘܟܝ (ܠܽܘܢܶܟܝ)
—	vos m.	קַטְלוּנְכוֹן	ܩܰܛܠܽܘܟܽܘܢ
—	vos f.	קַטְלוּנְכֵן	ܩܰܛܠܽܘܟܶܝܢ
—	illum	קַטְלוּהִי	ܩܰܛܠܽܘܗܝ (ܠܽܘܢܳܝܗܝ)
—	illam	קַטְלוּהָא	ܩܰܛܠܽܘܗ (ܠܽܘܢܳܗ)
—	illos	קַטְלוּנוּן	ܩܰܛܠܘ ܐܶܢܽܘܢ
—	illas	קַטְלוּנָן	ܩܰܛܠܘ ܐܶܢܶܝܢ

קְטַלוּ ܩܛܰܠܘ mutatur in קַטְלוּ ܩܰܛܠܘ, et accedunt suffixa sub *b*, § 11. Chaldaei ante suffixa כוֹן, כֵן, Syri ante reliqua suffixa, amant inserere נ ܢ paragogicum.

III. Pers. plur. foem.

		ܩܛܰܠܝܢ	ܩܛܰܠܶܝ
Occiderunt	me	ܩܰܛܠܺܝܢܝ	ܩܛܰܠܶܝܢܳܢܝ
—	nos	ܩܰܛܠܺܝܢ	ܩܛܰܠܶܝܢܳܢ

Occiderunt	te m.	ܩܛܠܘܟ	ܩܛܠܘܢܟ
—	te f.	ܩܛܠܘܟܝ	ܩܛܠܘܢܟܝ
—	vos m.	ܩܛܠܘܟܘܢ	ܩܛܠܘܢܟܘܢ
—	vos f.	ܩܛܠܘܟܝܢ	ܩܛܠܘܢܟܝܢ
—	illum	ܩܛܠܘܗܝ	ܩܛܠܘܢܝܗܝ
—	illam	ܩܛܠܘܗ	ܩܛܠܘܢܗ

Chaldaeorum קְטַלָא non videtur in usu, vel latet in forma masculina קְטַלוּ; Syrorum quoque ܩܛܠܶܢ rarius occurrit, et mutatur vel in ܩܛܠܝ cum ܝ paragogico, vel in ܩܛܠ, atque plerumque suffixa sub *c* per exceptionem accrescunt; § 11. in fine.

II. Pers. plur. masc.

	M.	קְטַלְתּוּן	ܩܛܠܬܘܢ
Occidistis me		קְטַלְתּוּנִי (־וּנַנִי)	ܩܛܠܬܘܢܝ
—	nos	קְטַלְתּוּנָא (־וּנָנָא)	ܩܛܠܬܘܢܢ
—	illum	קְטַלְתּוּנֵהּ	ܩܛܠܬܘܢܝܗܝ
—	illam	קְטַלְתּוּנָהּ	ܩܛܠܬܘܢܗ
—	illos	קְטַלְתּוּנוּן	—
—	illas	קְטַלְתּוּנִן	—

קְטַלְתּוּן ܩܛܠܬܘܢ manet, et accedunt suffixa Chaldaeorum sub *a*, vel ܢ finali abjecto, suffixa sub *b*, Syrorum vero sub *c* expressa; § 11.

II. Pers. plur. foem. Pro hujus personae usu Chaldaeorum exempla desiderantur; Syrorum ܩܛܠܬܹܝܢ manet, et accedunt suffixa sub *c*; rarissime tamen occurrit, quare unicum adferimus exemplum: ܫܒܰܩܬܹܝܢܳܝܗܝ, *reliquistis eum*, Exod. 2, 20.

I. Pers. plur. comm.

	קְטַלְנָא	ܩܛܠܢ ܩܛܰܠܢ
Occidimus te m.	קְטַלְנָךְ	ܩܛܰܠܢܳܟ
— te f.	קְטַלְנֵךְ	ܩܛܰܠܢܟܝ
— vos m.	קְטַלְנָכוֹן	ܩܛܰܠܢܳܟܘܢ
— vos f.	קְטַלְנָכֵן	ܩܛܰܠܢܳܟܹܝܢ
— illum	קְטַלְנָהִי (־נוּהִי)	ܩܛܰܠܢܳܝܗܝ
— illam	קְטַלְנָהָא	ܩܛܰܠܢܳܗ
— illos	קְטַלְנָנוּן	—
— illas	קְטַלְנָנֵן	—

קְטַלְנָא mutatur in קְטַלְנָ, accrescentibus suffixis sub *b*; (suffixum vero 2. sing. foem. est ־ֵךְ, (sub *a*,), ut discernatur a masculino); ܩܛܰܠܢ Syrorum manet, et accedunt suffixa sub *c*; § 11.

Exempla praeteritorum cum suffixis in aliis formis sunt: קַטְּלוּנִי f. II., אַקְטְלוּהִי f. III, Dan.

6, 23. 7, 13. ܦܰܠܛܶܬܶܗ *absolvi illud*, f. II. ܩܰܒܶܠܬܽܘܢܳܢܝ *recepistis me*, ܩܰܒܶܠܢܳܟ *recepimus te*, f. II.; ܐܰܢܗܪܰܬܶܗ (illa) *illustravit eam*, f. III. ܐܰܠܒܶܫܬܳܟ *vestivi te*, f. III.

Aor. II. seu Futurum.

III. Pers. sing. masc.

		יִקְטֹל	ܢܶܩܛܽܘܠ
Occidet	me	יִקְטְלִנַּנִי	ܢܶܩܛܠܰܢܝ
—	nos	יִקְטְלִנָּנָא	ܢܶܩܛܠܰܢ (-ܠܶܢ)
—	te m.	יִקְטְלִנָּךְ	ܢܶܩܛܠܳܟ
—	te f.	יִקְטְלִנֵּךְ -לִנְכִי -לֵיךְ	ܢܶܩܛܠܶܟܝ
—	vos m.	יִקְטְלִנְכוֹן	ܢܶܩܛܽܘܠܟܽܘܢ
—	vos f.	יִקְטְלִנְכֵן	ܢܶܩܛܽܘܠܟܶܝܢ
—	illum	יִקְטְלִנֵּהּ -לֵיהּ	ܢܶܩܛܠܺܝܘܗܝ
—	illam	יִקְטְלִנָּהּ	ܢܶܩܛܠܳܗ
—	illos	יִקְטְלִנּוּן	
—	illas	יִקְטְלִנֵּן	

Chaldaeorum יִקְטֹל, נ paragogico semper inserto, ante suffixa clausa: כֵן כוֹן, mutatur in: יִקְטְלִנְ, et ante reliqua suffixa, נ paragogico geminato, in: יִקְטְלִנּ. Idem valet, mutatis mutandis, de reliquis personis numeri singularis. Syrorum

ܢܶܩܛܘܠ ante suffixa clausa ܟܘܢ ܟܶܝܢ manet, ante reliqua suffixa, (accedunt vero illa sub *a*, eaque saepe, in 3. persona semper, sub *a* 2. expressa), ܢܶܩܛܘܠ mutatur in ܢܶܩܛܠ. Idem, mutatis mutandis, valet de reliquis personis numeri singularis.

III. Pers. plur. masc.

	יִקְטְלוּן	ܢܶܩܛܠܘܢ
Occident me	יִקְטְלוּנַּנִי	ܢܶܩܛܠܘܢܳܢܝ
— nos	יִקְטְלוּנָּנָא	ܢܶܩܛܠܘܢܰܢ
— te m.	יִקְטְלוּנָּךְ	ܢܶܩܛܠܘܢܳܟ
— te f.	־נְכִי יִקְטְלוּנֵּךְ	ܢܶܩܛܠܘܢܶܟܝ
— vos m.	יִקְטְלוּנְכוֹן	ܢܶܩܛܠܘܢܟܘܢ
— vos f.	יִקְטְלוּנְכֵן	ܢܶܩܛܠܘܢܟܶܝܢ
— illum	יִקְטְלוּנֵּהּ	ܢܶܩܛܠܘܢܳܝܗܝ
— illam	יִקְטְלוּנָּהּ	ܢܶܩܛܠܘܢܳܗ
— illos	יִקְטְלוּנּוּן	
— illas	יִקְטְלוּנֵּן	

Chaldaeorum יִקְטְלוּן manet, geminato tamen fere semper נּ ob נ paragogicum, quod plerumque interseritur. Idem valet de reliquis personis numeri pluralis. Syrorum ܢܶܩܛܠܘܢ etiam manet, sed accedunt suffixa sub *c*.

Addimus exempla futurorum cum suffixis aliarum formarum: ܢܒܛܠܝܗ, *cessare faciet eam*, f. II; ܢܫܪܛܘܢܟܘܢ *lacerabunt vos*, f. II. ܐܘܒܕܟܝܢ *perdam vos* (foem.), f. III.; ܢܫܠܡܝܘܗܝ, *tradet ipsum*, f. III.

Imperativus.

II. Pers. sing. masc.

	קְטֻל	ܩܛܘܠ
Occide me (ad vir.)	קְטֻלְנִי ־לַנִי ־לִנַּי	ܩܛܘܠܝܢܝ
— nos	קְטֻלְנָא	ܩܛܘܠܝܢ
— illum	קְטֻלֵיהּ ־לֵנֵּהּ	ܩܛܘܠܝܗܝ
— illam	קְטֻלַהּ ־לְנָהּ ־לְהָא	ܩܛܘܠܝܗ
— illos	קְטֻלְנּוּן	—
— illas	קְטֻלְנֵין	—

II. Pers. sing. foem.

	קְטֻלִי	ܩܛܘܠܝ
Occide me (ad foem.)	קְטֻלִינִי	ܩܛܘܠܝܢܝ
— nos	קְטֻלִינָא	ܩܛܘܠܝܢ
— illum	קְטֻלִיהִי	ܩܛܘܠܝܘܗܝ
— illam	קְטֻלִיהָא	ܩܛܘܠܝܗ
— illos	קְטֻלִינוּן	—
— illas	קְטֻלִינֵין	—

II. Pers. plur. masc.

	קְטַלוּ	ܩܛܰܠܘ
Occidite me (ad vir.)	קְטַלוּנִי ־לוּנַנִי	ܩܰܛܠܽܘܢܝ
— nos	קְטַלוּנָא	ܩܰܛܠܽܘܢ
— illum	קְטַלוּהִי	ܩܰܛܠܽܘܗܝ
— illam	קְטַלוּהָא	ܩܰܛܠܽܘܗ
— illos	קְטַלוּנוּן	
— illas	קְטַלוּנִן	

II. Pers. plur. foem.

	—	ܩܛܰܠܶܝܢ
Occidite me (ad foem.)	—	ܩܛܰܠܺܝܢܳܢܝ
— illum	—	ܩܛܰܠܺܝܢܳܝܗܝ

Chaldaeorum: קְטַלוּ, קְטַלִי, קְטַל (foem. plur caret) vel plerumque manet, vel, נ parag. interserto, mutatur in: קְטַלִנ, et קְטַלוּנ.

Syrorum ܩܛܰܠܘ manet, sed accedunt suffixa primae pers. sing. et plur. sub *a*. 2., tertiae pers. masc. sing. sub *c*., et tertiae pers. foem. sing. sub *a*. 2. indicata.

ܩܛܰܠܶܝܢ mutatur in ܩܛܰܠܶܝܢ, et adnectuntur suffixa sub *b*; rarius tamen occurrit, v. c. Joh. 4, 21.

ܡܩܛܠܘ abit in ܩܛܠܘ cum suffixis sub *b*.

ܡܩܛܘܠܝܢ rarius in usu est, et ܝ abjicit. Jes. 51, 4.

Exempla imperativi cum suffixis aliarum formarum: ܐܬܕܟܪܝܢܝ *recordare mei*, (pass. f. I.); ܩܲܕܫܝܗܝ *sanctifica eum*, f. II.; ܫܲܒܚܝܢܗ, *laudate eum*, f. II. foem. plur., Rom. 15, 11. ܐܫܡܥܝܢ, *fac nos audire*, f. III.

Infinitivus.

	מִקְטַל	ܡܩܛܠܘ
Occidere me	־לְנַנִי ־לַנִי מִקְטְלִי	ܡܩܛܠܢܝ
— nos	־לְנָנָא מִקְטְלָנָא	ܡܩܛܠܢ
— te m.	־לְנָךְ מִקְטְלָךְ	ܡܩܛܠܟ
— te f.	־לְנֵךְ ־לֵיךְ מִקְטְלֵךְ	ܡܩܛܠܟܝ
— vos m.	־טְלִנְכוֹן מִקְטַלְכוֹן	ܡܩܛܠܟܘܢ
— vos f.	־טְלִנְכֵן מִקְטַלְכֵן	ܡܩܛܠܟܝܢ
— illum	־לְנֵהּ ־לוֹהִי מִקְטְלֵיהּ	ܡܩܛܠܗ
— illam	־לְנָהּ מִקְטְלָהּ	ܡܩܛܠܗ
— illos	־טְלִנּוּן מִקְטַלְהוֹן	—
— illas	־טְלִנֵּין מִקְטַלְהֵין	—

Infinitivis Chaldaeorum accedunt suffixa vel *verborum* sub *a*, § 11, נ tamen parag. saepe inserto, et מִקְטַל for. I. mutato in מִקְטֵל, ut: מִקְטְלַנִי

vel cum נ parag. מְקַטְּלָנִי, cet., vel suffixa *nominum* juxta paradigma 2. masc., ut: מְקַטְּלִי; cet. In reliquis formis terminatio ־ָא mutatur in וּת, et suffixa sub *a* adnectuntur, ut: קַטָּלוּתָךְ, for. II. Syrorum infinitivi tanquam substantiva sequuntur paradigmata ejusdem formae, infinitivus ergo I. formae sequitur parad. II. masc., et infinitivi reliquarum formarum sequuntur parad. 2. foem., terminatione ܘܳ mutata in ܘܳܬ, ut: ܡܩܰܛܠܽܘܬܳܟ݂ for. II.

Nota 1. Participia utriusque dialecti et habent nominum suffixa, et sequuntur illa nominum paradigmata, ad quae pro formis suis pertinent.

2. Syriacorum verborum personis, in ܘܢ exeuntibus, etiam, sed rarius, ܢ paragogicum additur, quo facto suffixa sub *e* accedunt, ut: ܐܰܪܓܙܽܘܢܳܢܝ, *irritaverunt me*, (Aor. I. f. III.), Zach. 8, 14. ܐܶܚܘܽܕܘܢܳܝܗܝ, *tenete eum*, Ps. 2, 11.

§ 49. DE VERBIS PLURIUM LITERARUM. *)

Verba quatuor vel quinque literarum oriuntur

I. *Addita* aliqua litera servili vel ab initio vel in medio vel in fine verbi trium literarum.

---

*) Hanc quoque doctrinam, erudita non minus, quam utili dialectorum collatione instituta, pulcherrime illustrat Clar. Dr. *Gesenius* in opere: Lehrgebäude u. s. w. Erste Beylage, S. 861. Plurima hac de re collegit exempla *Agrellius* in Otiola Syriaca, Lundae 1816. p. 33 — 39.

1. Addita ab *initio* litera

A. ܡ, ut: ܡܰܣܟܶܢ *pauperem fecit*, ܐܶܬܡܰܣܟܰܢ *pauper factus est*, a ܣܟܶܢ coll. arab. سَكَنَ *pauper fuit.*

B. ܫ, ut: ܫܰܪܗܶܒ *festinavit, ursit*, a ܪܗܶܒ *tumultuatus est*; ܐܶܫܬܰܢܓܰܕ *flagellatus est*, a ܢܓܰܕ *flagellavit*.

Verba, praefixa ܫ ab initio, inter formas usitatissimas quarto loco retulimus, conf. §. 34. Not. in fine, p. 79.

C. ܬ, ת, ut: ܬܰܠܡܶܕ, *docuit, discipulum fecit*, Matth. 28, 19. a ܠܡܶܕ *didicit*; ܬܰܪܓܶܡ, תִּרְגֵם, *interpretatus est*.

2. In *medio* post primam radic. inserta litera

a. ܘ, ut: ܟܰܘܪܶܟ *contorsit*, ܐܶܬܟܰܘܪܰܟ *se torsit, perplexus fuit*, a rad. ܟܪܰܟ, coll. hebr. chald. et arab. *ligavit, nodavit*; ܣܰܘܒܰܪ (ܣܰܒܰܪ) *sustulit, exspectavit*, a ܣܒܰܪ *putavit*; ܐܶܬܓܰܘܪܰܪ, *ruminavit*, a ܓܪܰܪ *traxit*.

b. ܝ, ut: ܒܰܝܕܶܠ *perperam egit*, a ܒܕܰܠ coll. بَدَّلَ *permutavit*; שֵׁיזֵב (etiam: שֵׁיזֵיב, et per compendium: שֵׁזֵב, ܫܰܘܙܶܒ) *eripuit*.

c. ܛ, ut: ܓܕܦ et ܓܛܕܦ, *gressus fuit*; ܚܛܣܢ *perstitit, pertulit*, a ܚܣܢ, *robustus, fortis fuit*; ܐܬܓܛܕܦ *pudore affectus est*, a ܓܕܦ *ignominia affecit*.

d. ܪ, ut: ܥܓܠ et ܥܪܓܠ *volvit*; ܥܙܠ et ܥܪܙܠ, *implicuit, nevit*; ܥܪܛܠ *denudavit*, coll. عطل monilibus *nuda fuit* mulier.

3. In *fine* suffixa litera

α. ܝ, ut: ܒܝܬܝ, *domesticum, familiarem fecit*; ܐܬܒܝܬܝ *familiariter usus est*; ܦܪܣܝ, *manifestavit*, a ܦܪܣ *expandit*; ܬܚܬܝ, *inferiorem fecit, subjecit* a ܬܚܬ, *sub, infra*.

β. ܢ, ut: ܪܫܢ, *caput, principem fecit*, a ܪܝܫ *caput*; ܐܬܡܪܢ *dominatus est*, a ܡܪ *dominus*.

II. *Geminatis* una vel duabus literis verbi trium literarum, inprimis verborum mediae radic. geminatae utriusque dialecti, et syriacorum mediae ܘ quiescentis, ergo

a. *una* radicalium geminata, ut: גִּרְגֵּר *omnia grana collegit*, ܓܪܓܪ *protraxit*, a גָּרַר ܓܪ *rapuit, traxit*; דָּקַק et דַּקְדֵּק *contudit*, אִדַּקְדַּק pro אִתְדַּקְדַּק *contritus est*; ܐܬܡܪܡܪ *exacerbatus fuit*, a ܡܪ *amarus fuit*; ܥܒܕܒܕ *factitavit*, ab ܥܒܕ

fecit; ܐܶܬܢܰܟܒܝ *piger factus est*, a ܢܟܒܝ *piger fuit*, cet.

b. duabus radicalium geminatis, ut: ܐܶܬܚܰܠܡܰܠܡ *somniavit* (forte ac diu), a ܚܠܡ *somniavit*; ܛܰܘܫܶܫ *inquinavit, cruentavit*, a ܛܘܫ; ܦܰܬܦܶܬ *comminuit*, a ܦܘܬ; ܪܰܘܪܶܡ *exaltavit*, a ܪܘܡ (רום) *altus fuit*; ܙܰܥܙܰܥ *commovit*, a ܙܘܥ (זוע) *commotus fuit*, cet.

III. Nonnulla ex duobis verbis, literarum fere earundem, videntur esse composita, ut: ܐܶܙܕܰܠܛܰܡ *turpe putavit, erubuit*, a ܙܠܛ *foedus, turpis fuit*, et ܛܠܡ *contumelia affecit, stupravit*. אִתְגַּרְדֵּם *abruptus fuit*, a ܓܪܡ *abscidit*, et גָּרַד *rosit*, جَرَدَ *avulsit*.

IV. Sunt quoque ab exoticis, graecis praecipue, derivata, ut: ܩܰܬܠܶܩ *καθολικον fecit*; ܦܰܛܪܶܟ *Patriarcham constituit*; ܩܰܛܪܶܓ *καταγορευειν*, *praedicavit*, cet.

Flexio omnium convenit cum flexione formae IV.; significatio vero plerumque est transitiva, ut formarum II. III. IV., non raro tamen intransitiva et eadem cum verbo trilitero, sed tunc saepe intensiva.

§. 50.

DE IRREGULARIUM VERBORUM DIVISIONE.

Postulamus divisionem, auditoribus jam familiarem, ex Gramm. hebr. *Joann. Jahn*, III. edit. §. 73. p. 247. Habebimus itaque tres classes irregularium verborum, quorum *primae* classis tria sunt genera, quatenus prima vel secunda vel tertia radicalium est gutturalis; quae tamen verba non tantum vocalium mutationibus sunt obnoxia, sed literam quoque non raro abjiciunt instar verborum *secundae* classis, quae in quibusdam flexionibus vel abjiciunt literam, vel cum alia permutant, vel in quietem redigunt, et quorum sex sunt genera: unum genus abjicit vel permutat ultimam rad. א ו, (ה Hebraeorum); duo genera permutant vel abjiciunt primam radic., si fuerit ו, و vel י, ي; tria vel permutant, vel abjiciunt, vel in quietem redigunt secundam rad., si fuerit ו و aut י ي quiescens, aut geminata, seu 2. et 3. rad. eadem. Ad *tertiam* classem referuntur, quae duplicem habent irregularitatem; sequuntur itaque regulas verborum primae et secundae classis.

Nota. A paradigmate prisco פָּעַל prima radicalis verborum in universum dicitur פ, secunda ע, tertia ל; unde

ipsa verba irregularia breviori modo notari solent; פ״א, פ״י, פ״ו, פ״ן i. e. verba primae radicalis א, י, ו, ן; porro verba: ע״ו, ע״י, ע״ע, i. e. secundae rad. ו, י vel geminatae; denique verba: ל״א, ל״ו, ל״י, i. e. tertiae radicalis א, ו, י.

§. 51. PRIMA CLASSIS: I. DE VERBIS *PRIMAE* RAD. GUTTURALIS.

In universum sub gutturali (prima, secunda vel tertia) verborum *chaldaicorum*, more Hebraeorum, pro simplici Schwa ponitur compositum; praeterea Dagesch forte, quod respuunt literae gutturales, compensatur per vocalem longam; denique non raro Phatach furtivum sub 3. radicali occurrit; multae tamen aliae in ejusmodi verbis chaldaicis locum habent anomaliae, conf. §. 7. I.

Apud *Syros* irregularia sunt sola verba primae rad. ܐ; sed chaldaicis quoque primae rad. א quaedam sunt singularia, quae omnia sequens docet paradigma.

Forma I. in Activo.

Aor. I. ܐܶܟܰܠ Imp. ܐܶܟܽܘܠ vel ܐܶܡܰܪ *dic.* Part. Pass. ܐܟܺܝܠ

A. II. 3. s. m. ܢܶܐܟܽܘܠ vel ܢܺܐܡܰܪ יֵאכַל vel יֵיכַל Dan. 4, 30.

1. s. c. ܐܶܟܽܘܠ vel ܐܺܡܰܪ. אֵיכַל

Inf. ܡܐܟܠܘ v. ܡܐܟܠ ⎰ מֵאכַל , מֵיכַל , מֵכַל
⎱ מְאכַל , מִיכַל , מְכַל

Forma I. in Passivo.

Aor.I.3. s.m. ܐܬܐܟܠ vel ܐܬܚܬܡ אִתְאֲכֵל vel אִתְּכֵל

clausus est.

3. f. ܐܬܐܟܠܬ cet. cet.

Forma II. in Activo.

Aor.II.3.s.m. ܢܐܟܠ vel ܢܠܦ יְאַכֵּל vel יֵכֵּל

docebit

1. s.c. ܐܟܠ pro ܐܐܟܠ אֵכֵל pro אֶאֱכֵל

Ita in inf., imper., partic. Ita in imper. et partic.

Forma II. in Passivo.

Aor.I.3.s. m. ܐܬܐܟܠ v. ܐܬܬܢܚ אִתְאַכַּל vel אִתַּסָּא

gemuit. *sanatus fuit.*

Forma III. et IV. in Act. et Pass.

Aor.I.3.s. m. ܐܘܟܠ vel ܐܝܟܠ אוֹכֵל vel אֵיכֵל

ܐܬܐܘܟܠ אִתוֹכַל

ܫܘܟܠ v. ܫܝܟܠ שׁוֹכֵל vel שֵׁיכֵל

ܐܫܬܘܟܠ אִשְׁתּוֹכַל

I. ܘ ab initio quiescens adsciscit ܰ vel ܶ pro Schwa composito Hebraeorum et Chaldaeorum, ita in aor. I. et imper. act. et part. pass. f. I.; conf. §. 7. V. 6.

II. In aor. II. et infinit. act. formae I. Syrorum ob vocalem literae praeformativae prima rad. ܘ non amplius indiget vocali, saepe tamen ܰ literae praeformativae mutatur in ܶ. Chaldaeorum vero Schwa compositum sub א prima rad. coalescit cum vocali lit. praeformativae, imo א non raro, (in 1. pers. sing. fere semper), in י mutatur, quod י tamen saepe abjicitur. Prima rad. א, ܘ in 1. pers. sing. aor. II. cum praeformativa א, ܘ coalescit, ut: אֵכֻל pro אֶאכֻל, ܘܩܛܠ pro ܐܘܩܛܠ.

III. In passivo f. I. ܘ suam vocalem remittit in praecedentem ܠ, vel א, ܘ una cum vocali expungitur, et ܬ ܠ geminatur.

IV. In forma II. act. et pass. א ܘ potest expungi, quoties praefigitur litera vel syllaba, in quam deinde redit vocalis expunctae א, ܘ, quae litera porro compensatur in passivo per geminatam ܬ ܠ.

V. In utraque voce III. et IV. formae ܐ mutatur in ܘ ο, nonnunquam in ܝ ي. Huc pertinet formae quartae Hebraeorum respondens: הֵימִין, ܗܰܝܡܶܢ *credidit*, ab אֲמַן, et הֵיתֵי vel הַיְתִי Dan. 5, 3. 13., et ܐܰܝܬܺܝ *adduxit*, ab אֲתָא ܐܶܬܳܐ *venit*.

Nota 1. ܐܶܙܰܠ *abiit*, ܐܶܬܳܐ *venit* abjiciunt ܐ in imperativo f. I., unde: ܙܶܠ, ܙܶܠܘ; ܬܳܐ, ܬܰܘ.

2. Verbi ܐܶܙܰܠ, si significat: *abiit* (alias *profuit*) ܙ occultatur, quoties in medio vocis haberet vocalem, quam potius remittit in ܐ, ut: ܐܶܙܰܠܬ pro ܐܶܙܠܶܬ, ܢܶܐܙܰܠܘܢ pro ܢܶܐܙܠܘܢ, ܐܙܰܠܢ pro ܐܙܠܢ.

§. 52. II. DE VERBIS *MEDIAE* RADIC. GUTTURALIS.

De chaldaicis diximus § 51. Syrorum sola iterum verba mediae rad. ܐ subeunt irregularitates, easque tantum paucas.

I. ܐ vocalem suam remittit in praecedentem literam, id quod obtinet in forma I. act. et pass., et in f. III., ut: ܛܐܶܒ *bonus fuit*, ܫܐܶܠ *pete*; ܢܶܫܐܰܠ *petet*; ܐܶܬܫܶܐܶܠ *petitus est*, *abstinuit*, cet.; ܐܰܒܐܶܫ *male egit*, *afflixit*; ܐܰܛܐܶܒܘ *bene facite*! Conf. §. 7. V. 5.

II. In passivo formae I. vel saepe invenitur sub ܐ, vel per vitium, ipsa simili pronuntia-

tione ortum, et longiori consuetudine confirmatum, ܐ aut ante primam radic. ponitur, aut plane aliud ܐ primae radicali praefigitur, unde quatuor sunt formae: ܐܬܟܬܒ, ܐܬܟܬܒ, ܐܬܟܬܒ, ܐܬܟܬܒ.

III. In forma II. act. et pass. vel manet ܐ, vel plerumque mutatur in ܝ, ut: ܐܬܒܥܝ *inquisitio facta est;* ܛܝܒ *paravit,* ܐܬܛܝܒ *paratus fuit.* In chaldaicis etiam nonnullis א in י mutatur, ut: שְׁיַר *reliquit*, Gen. 10, 12. a rad. שְׁאַר.

§. 53. III. DE VERBIS *TERTIAE* RADIC. GUTTURALIS.

Tertia si fuerit ה ܗ, ח ܚ, ע ܥ, vel ר ܪ, sub secunda rad. solet esse ַ ܰ, ut: פְּלַח pro פְּלַח ܦܠܚ pro ܦܠܘܚ *servi, honora*; אֶפְלַח, ܐܦܠܚ; פְּלַח ܦܠܚ; אִשְׁתְּלַח ܐܫܬܠܚ *missus est*; שַׁדַּר ܫܕܪ, *misit*; אַרְשַׁע ܐܪܫܥ, *injuste egit.*

De chaldaicis porro diximus §. 51., praecipue de Phatach furtivo sub tertia rad., ut: שְׁלִיחַ

Verba tertiae rad. Aleph ad secundam classem pertinent, (§. 59.) exceptis tribus: ܒܝܐ *consolatus est,* ܛܢܦ *contaminavit,* et ܣܢܐ, *foedavit*, quorum forma II. esse deberet: ܒܝܐ, ܛܢܦ, ܣܢܐ.

§. 54.

SECUNDA CLASSIS: I. DE VERBIS PRIMAE RAD. נ ܢ SEU DE VERBIS: פ״ן ܦܢ.

— More Hebraeorum in imperativo, aor. II. et inf. formae I. et in forma III. integra *Nun* expungitur, quod *Nun* Chaldaei per Dagesch forte in media rad., aut, haec si fuerit gutturalis vel Resch, per longam vocalem sub litera praeformativa vel characteristica solent compensare; quod ipsum saepe tamen, ut Hebraei, negligunt. Syri autem, Dagesch forti quippe destituti, nihil substituunt. Exempla praebeat נְפַק ܢܦܩ *exivit.*

Forma I. Aor. II.	אֶפֹּק	נִפֹּק	ܐܦܘܩ	ܢܦܘܩ
Imper.	פֹּק	פְּקִי	ܦܘܩ	ܦܘܩܝ
Infin.	מִפַּק			ܡܦܩ
For. II. Aor. I. act.	אַפֵּק	אַפְּקַת	ܐܦܩ	ܐܦܩܬ
Aor. I. pass.	אִתַּפַּק	אִתַּפְּקַת	ܐܬܬܦܩ	ܐܬܬܦܩܬ

— Saepe vero *Nun* manet, in verbis praecipue mediae rad. He, Wau quiescentis, aut geminatae.

Nota. ܣܠܩ *ascendit* verbum est defectivum, (conf. *Gesenius* Lehrgebäude u. s. w. §. 113, S. 460), atque illas flexiones anomalas habet ab obsoleto ܢܣܩ, ut: ܣܩ

imper., ܠܡܦܩ inf., cet. Vocalis ܶ sub secunda rad. in imperativo: ܦܩ neminem turbet, nam inprimis haec verba primae rad. *Nun* amant in aoristo II et imperativo sub secunda rad. apud Syros ܶ aut ܰ, ut: ܢܦܩ, ܢܦܠ aor. II., ܦܩ, ܦܠ imper., et apud Chaldaeos omnes fere vocales, ut: Aor. II. אֶתֵּן ,יִתַּר ,אֶשַּׁק; imp. פּוּקוּ. Occurrit etiam For. III. partic. מַפִּיק ;מַצִּל.

§. 55. II. DE VERBIS PRIMAE RADICALIS ܝ ,
SEU DE VERBIS: פ"י ܦܐ.

Plurima horum verborum, ut in hebraica lingua, sunt proprie פ"ו ܦܘ, seu primae rad. ו ܘ, quae litera autem ab initio verbi pro ratione, Hebraeis et Aramaeis singulari, (qui in universum ו ܘ ab initio alicujus vocis non amant), fere semper in י ܝ mutatur; id quod testantur Arabes, qui soli verba: فو et في et forma et pronuntiatione diversa discernunt. Idem confirmant illorum, et hebraicorum, et aramaicorum, verborum proprie פ"ו ܦܘ derivata et flexiones, in quibus non raro prima radicalis ו ܘ iterum adparet, v. c. in tota III. et IV. forma.

Praemittimus paradigma: ܝܠܕ יְלַד, (hebr. יָלַד, sed arab. وَلَدَ), *genuit* et *peperit*, cui necessarias observationes subjungemus.

Forma I. In Activo.

	Sing.	Plur.		Sing.	Plur.
Aor. I. 3. m.	ܝܶܠܰܕ	ܝܶܠܰܕܘ	3. f.	ܝܶܠܕܰܬ	ܝܶܠܰ̈ܕ
1. c.	ܝܶܠܕܶܬ	ܝܶܠܰܕܢ			
Aor. II. 3. m.	ܢܺܐܠܰܕ	ܢܺܐܠܕܽܘܢ		יֵלֵד	יֵלְדוּן
1. c.	ܐܺܐܠܰܕ	ܢܺܐܠܰܕ		אֵילֵד	נֵילֵד
Imp. 2. m.	ܐܺܠܰܕ	ܐܺܠܰܕܘ		לֵד	לְדוּ

Inf. ܡܺܐܠܰܕ Part. pass. ܝܠܺܝܕ Inf. מֵילַד מֵלַד

In Passivo.

Aor. I. S. 3. m. ܐܶܬܺܝܠܶܕ 3. f. ܐܶܬܺܝܠܕܰܬ Inf. ܡܶܬܺܝܠܳܕܘ

Aor. II. S. 3· m ܢܶܬܺܝܠܶܕ Plur. ܢܶܬܺܝܠܕܽܘܢ Part. ܡܶܬܺܝܠܶܕ

Forma III. In Activo.

Aor. I. ܐܰܘܠܶܕ Aor. II. ܢܰܘܠܶܕ Aor. I. אוֹלֵד Aor. II. יוֹלֵד

Imp. ܐܰܘܠܶܕ Inf. ܡܰܘܠܳܕܘ Imp. אוֹלֵד Inf. אוֹלָדָא

Part. act. ܡܰܘܠܶܕ Pass. ܡܰܘܠܰܕ Act. מוֹלֵד Pass. מוֹלַד

In Passivo.

Aor. I. ܐܶܬܬܰܘܣܰܦ Aor. II. ܢܶܬܬܰܘܣܰܦ A. I. אִתּוֹקַד A. II. יִתּוֹקַד
et Imp. *additus est* et Imp. *combustus est.*
Inf. ܡܶܬܬܰܘܣܳܦܘ Part. ܡܶܬܬܰܘܣܰܦ Inf. אִתּוֹקָדָא Part. מִתּוֹקַד

Forma IV.

Act. ܐܘܕܥ Pass. ܐܬܝܕܥ Act. שֵׁיצִי (־צָא) Pass. אִשְׁתּוֹתַר
nuntiavit *cognovit* *finivit absolvit*, *relictus est*,
ab ܝܕܥ *scivit. scire factus est.* ab hebr. יָצָא *exiit.* ab יְתַר *reliquus fuit.*

I. ܝ, ab initio syllabae quiescens, adsciscit vocalem ◌ܺ, (§. 7. V. 6.), id quod fit in aoristo I., imper., part. Ktil, et in integra pass. voce formae I., in qua vero ◌ܺ remittitur in praecedentem ܬ. Sic remittitur etiam in praefixas: ܕ, ܘ, ܒ, ut: ܘܝܠܕ *et genuit*, conf. §§. 69. 70. inf.

Excipitur unicum ܝܗܒ (وهب) *dedit*, cujus ܗ, ubi haberet vocalem, occultatur, et vocalis transfertur in ܝ, ut: ܝܗܒ (pro ܝܗܒ) *dedit*, ܝܗܒܬ *dedisti*, ܝܗܒܘ *dederunt*, cet.; manet ergo in ܝܗܒܬ *dedit illa*, ܝܗܒܬ *dedi*, cet. In passivo quoque manet: ܐܬܝܗܒ.

II. In imperativo formae I. chaldaico, ut in hebraico, ' abjicitur, id quod sequuntur tria tantum verba syriaca: ܝܕܥ, ܝܠܕ et ܝܗܒ, quorum imperativus est: ܕܥ, ܠܕ, ܗܒ.

II. In Infinitivo et aor. II. f. I. chaldaico *vel* ' manet, et tunc quiescit plerumque in praecedente Zere, (rarius in Segol), aut in Chirik, *vel* ' abjicitur, sed compensatur vel per Zere sub litera

praeformativa, vel per Dagesch forte in media rad., vel per נ insertum, (conf. §. 5. VII.) unde 5. occurrunt formae:

Aor. II. אִנְלַד , אֵלַד , אֵלַּד אִילַד (אֵילַד) אֵילַד

Inf. מִנְלַד מִלַּד מֵלַד מִילַד (מֵילַד) מֵילַד cet.

Occurrunt aliae adhuc leviores anomaliae in punctis aor. II. chaldaici, ut: יוּכַל (more hebraico), Dan. 2, 10.; אֵינִיק *sugam* Job. 3, 12. יְלַד 3. s. m., תְלִיד 2. s. m., וִילִידָן 3. pl. f.; non raro etiam: יֵאלַד , יֵאלַד.

In syriaco infinitivo et aor. II. ܝ mutatur in ܐ, 1. pers. sing. excepta, in qua ܝ plerumque manet, (raro autem abjicitur, ut *Kirsch.* Chrestom. p. 62. lin. 4. ܐܩܢܐ, *ut acquiram*). Duo tantum verba: ܝܬܒ وثب et ܝܕܥ (ودع) semper abjiciunt ܝ in aor. II. et infinitivo. Secunda radicalis apud Syros in aor. I. amat ◌ܰ, et in aor. II. ac imper. ◌ܶ.

IV. Secunda forma prorsus est regularis, sed in tota III. forma more Hebraeorum י ܝ mutatur in ו ܘ, sicque conveniunt haec verba cum verbis primae radic. Aleph, §. 51. V. Pro chaldaica saepe occurrit etiam hebraica forma: הוֹלַד , הוֹלַד.

Nota. Mutatur vero י ܝ in ו ܘ, quia prima radicalis fere omnium verborum hujus classis est proprie ו ܘ, ut ex respondentibus verbis arabicis intelligitur, conf. *Jahn* Gramm. hebr. 3. edit. §§. 80. 81. et initium hujus §. In III. forma quae-

dam retinent י ܝ, ut: הֵיבַל *duxit*, Esr. 5, 14. 7, 15. הֵיטִיב *bene fecit*, ܐܰܝܠܶܠ *ululavit*, ܐܰܝܢܶܩ *lactavit*.

V. In tota IV. forma, (quae tamen rarius occurrit), Syri ܝ iterum mutant in ܘ, Chaldaei vero retinent י, vel in ו mutant.

§. 56. III. DE VERBIS MEDIAE RAD. ו ܘ QUIESCENTIS, SEU DE VERBIS ע״ו ܥܘ

Haec verba comprehendunt simul verba mediae י ܝ quiescentis, seu ע״י ܥܝ, quae soli iterum Arabes cerits legibus et significatione distinguunt, §. 57.

Media rad. ו ܘ nonnullorum verborum semper est mota, inprimis, quorum tertia rad. est Aleph, ut: שְׁוָא ܫܘܳܐ *similis fuit*, הֲוָא ܗܘܳܐ *fuit*, רְוַח *dilatatus fuit*, ܪܰܘܰܚ *dilatavit*, תְּוַה *expavit*, ܨܒܳܐ *voluit*; nonnullorum vero jam mota est, jam quiescens, et sic ipsa etiam significatio diversa, ut: חֲוַר ܚܘܰܪ *albus fuit*, חוּר ܚܳܪ seu ܚܳܪ *vidit, adspexit*; שְׁוַח *demersus fuit*, ܦܫܰܪ *liquefactus est*, שְׁוַח, ܦܪܰܚ et ܐܰܦܪܰܚ *germinavit*; multorum denique ו ܘ semper est quiescens. Jam sola media rad. ו ܘ *quiescens*, non autem mobilis, ut in verbis hebraicis,

plures habet irregularitates, quas exhibet paradigma ܩܳܡ קוּם (قَامَ pro قَوَمَ) *surrexit, stetit.*

I. Forma.

In Activo.

	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
Aor. I. 3.m.	קָם	קָמוּ	ܩܳܡ	ܩܳܡܘ
3. f.	קָמַת	קָמָא	ܩܳܡܰܬ	ܩܳܡܶܝܢ (ـــܝ̈)
2.m.	קָמְתָּ	קְמְתּוּן	ܩܳܡܬ	ܩܳܡܬܘܢ
2. f.	comm.	קְמְתֵּין	ܩܳܡܬܝ	ܩܳܡܬܶܝܢ
1. c.	קָמֶת	קְמְנָא	ܩܳܡܶܬ	ܩܳܡܢ
Aor.II.3.m.	יְקוּם	יְקוּמוּן	ܢܩܘܡ	ܢܩܘܡܘܢ
2. f.	תְּקוּמִין	תְּקוּמָן	ܬܩܘܡܝܢ	ܬܩܘܡܶܢ
1. c.	אֲקוּם	נְקוּם	ܐܩܘܡ	ܢܩܘܡ
Imp. 2. m.	קוּם	קוּמוּ	ܩܘܡ	ܩܘܡܘ
2. f.	קוּמִי	קוּמְנָא	ܩܘܡܝ	ܩܘܡܶܝܢ
Infin.	מְקָם vel מֵקָם		ܡܩܳܡ vel ܡܩܳܡ	
Part. act. m.	קָאֵם	קָיְמִין	ܩܳܐܶܡ	ܩܳܝܡܺܝܢ
Part. act. f.	קָיְמָא (קָאמָא)	קָיְמָן	ܩܳܝܡܳܐ	ܩܳܝܡܳܢ
Part. pass. m.	קִים	קִימִין	ܩܺܝܡ	ܩܺܝܡܺܝܢ
Part. pass. f.	קִימָא	קִימָן	ܩܺܝܡܳܐ	ܩܺܝܡܳܢ

In Passivo.

Aor. I.	אִתְּקִים vel אִתְּקָם	ܐܶܬܬܩܺܝܡ
Aor. II.	יִתְּקִים vel יִתְּקָם	ܢܶܬܬܩܺܝܡ
Imp.	אִתְּקִים vel אִתְּקָם	ܐܶܬܬܩܺܝܡ
Inf.	אִתְּקָמָא	ܡܶܬܬܩܳܡܽܘ
Part.	מִתְּקִים vel מִתְּקָם	ܡܶܬܬܩܺܝܡ

II. Forma.

	Act.	Pass.	Act.	Pass.
Aor. I.	קַיֵּם	אִתְקַיַּם	ܩܰܝܶܡ	ܐܶܬܩܰܝܰܡ
Aor. II.	יְקַיֵּם	יִתְקַיַּם	ܢܩܰܝܶܡ	ܢܶܬܩܰܝܰܡ cet.

III. Forma.

In Activo.

Aor. I.	אֲקִים vel אֲקִים vel אֲקֵם cet.	ܐܰܩܺܝܡ ܐܰܩܺܝܡܘ
Aor. II.	יְקִים vel יְקִים cet.	ܢܩܺܝܡ ܢܩܺܝܡܘܢ
Imp.	אֲקִים vel אֲקִים cet.	ܐܰܩܺܝܡ ܐܰܩܺܝܡܘ
Inf.	אֲקָמָא, אֲקִימָא, אֲקָמָא	ܡܩܳܡܽܘ
Part. act.	מְקִים ܡܩܺܝܡ	Part. pass. מְקָם ܡܩܳܡ

I. In aor. I. et infin. f. I. activae ו O expungitur, et per longam ac immutabilem vocalem ָ ܳ compensatur; in imper. et aor. II. mutatur in ו ܘܽ quiescens, et in masc. sing. participii act.

in א ܐ, in foem. vero sing. et in utroque genere numeri plur. ejusdem participii, ac in toto partic. pass. *Ktil* in י ܝ.

Nonnullae tamen occurrunt exceptiones, ut: ܢܩܡ pro ܢܩܘܡ, *apage!* In aor. II. תְּנֻד pro תְּנוּד, Dan. 4, 11. אֱהָךְ pro אֱהוּךְ Gen. 24, 56. יְהָךְ pro יְהוּךְ Esr. 6, 5. In infin. etiam: מֵיקוֹם et מְקָם. In part. קָאֲמַיָּא (א in medio pro י), Dan. 7, 16., שְׂמַת pro שִׂימַת, Dan. 6, 18., in qua ultima forma participium pass. flectitur ad normam aor. I., §. 45.

II. In toto passivo f. I. ו ܘ mutatur in י ܝ, excepto infinitivo utriusque dialecti, in quo abjicitur, id quod saepius in reliquis etiam flexionibus chaldaicis obtinet; ת ܬ vero geminatur.

III. In forma II. act. et pass., (quae multo frequentior, quam apud Hebraeos, occurrit), ו ܘ mutatur in י ܝ. Chaldaei tamen, saepius vero Syri, ו ܘ retinent, ut: רַוַּח *dilatavit*, ܦܘܚ *sobrius fuit*. Quaedam utrumque admittunt, sed diversa proprie sunt verba, ut docet diversa illorum significatio, ut: ܥܘܪ *excaecavit*, (hebr. עִוֵּר; coll. عار *obcaecāvit*, et عور *monoculus fuit*; ܥܝܪ *excitavit* (hebr. et chald. עוּר *evigilavit*). Ipsae hu-

jus formae flexiones sunt regulares. Occurrit etiam forma hebraica קוֹטֵל, ut: מְסוֹבְלִין, Esr. 6, 3.

— IV. In Aktel ו o mutatur in ܝ ܝ quiescens, excepto infinitivo et part. pass., ubi expungitur; sed in reliquis etiam flexionibus chaldaicis ו potest abjici, et per Zere sub prima rad. compensari. Chaldaei praeterea sub literis praeformativis et characteristicis primae et tertiae formae, solis participiis exceptis, vel Schwa vel Kamez admittunt; Syri vero sub ܐ habent ܐ̱, et sub reliquis literis Schwa.

— Passivum hujus formae cum passivo formae I. convenit, raro tamen est in usu; Chaldaei pro illo ponunt Hebraeorum Hoktal, imo et pro activo non raro ponunt Hiktil, ut: הֲקִים vel הֲקֵים; הֲקֵם vel הֲקִים.

V. Schaktel horum verborum non est in usu.

§. 57. IV. DE VERBIS MEDIAE RAD. ܝ ܝ QUIESCENTIS, SEU DE VERBIS ע״י, ܚܝܐ.

Haec verba Aramaeorum, sicut Hebraeorum, a verbis mediae ו o quiescentis minime certis legibus et significatione, ut apud Arabes, distin-

guuntur; permutantur itaque inter se, et communem sequuntur flexionem, conf. § 56., perpaucis exceptis, quae in nonnullis temporibus formae I. ܝ in omnibus personis conservant, nimirum: מִית, סִיב, (etiam סֵיב), ܦܝܶܠ, ܢܦܝܶܠ in solo aor. I., et: שִׂים, יְשִׂים, ܣܝܶܡ, ܢܣܝܶܡ in solo imperativo et aor. II.

In reliquarum formarum flexionibus, in quibus ו ܘ verborum ע״ו ܥܘ in ܝ mutatur, horum verborum ܝ manere, sponte intelligitur.

חֲיָא ܚܝܳܐ *vixit* propria sibi anomalia ܝ ejicit, quoties, praeformativa praefixa, ח ܚ non habet vocalem, ut: Inf. מֵחֵא, partic. Aktel: מָחֵא, Dan. 5, 19; inf. ܡܶܚܝܳܐ vel ܡܶܐܚܝܳܐ; aor. II. אֵחֵי, תֵּחֵי, (ܝ ex א ortum esse, probat: תֵּחוּן *vivetis*), ܐܶܚܶܐ, ܢܶܚܶܐ vel ܢܶܐܚܶܐ. Idem, nulla praecedente praeformativa, nonnunquam obtinet, ut: ܚܝܝ pro ܚܝܝܝ *vive* foem., ܚܝܳܐ pro ܚܝܳܝܳܐ foem. part. Pro ܝ expuncto nonnunquam ante primam radicalem litera ܐ, ܝ inseritur, ut: ܢܶܐܚܘܢ, ܡܶܐܚܝܳܢܘܬܐ, תֵּיחֵי.

§ 58.

V. DE VERBIS MEDIAE RAD. GEMINATAE, I. E. QUAE SECUNDAM ET TERTIAM RAD. HABENT EANDEM, SEU DE VERBIS: ע״ע, ܥܥ

Verba aramaica secundae et tertiae rad. Aleph, et chaldaica etiam secundae א, tertiae ה, (conf. § 6. IV.), sequuntur legem verborum ultimae Aleph, quare ad sequentem classem sunt referenda. Reliquorum autem hujus classis verborum singularia exhibet sequens paradigma: דַּק ܕܰܩ (pro: דְּקַק ܕܩܰܩ) *contrivit.*

Forma I.

		Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
Aor. I.	3. m.	דַּק	דַּקּוּ	ܕܰܩ	ܕܰܩܘ
	3. f.	דַּקַּת	דַּקָּא	ܕܰܩܰܬ	ܕܰܩ (ܕܰܩ̈ܶܝܢ)
	2. m.	דַּקְתְּ	דַּקְתּוּן	ܕܰܩܬ	ܕܰܩܬܽܘܢ
	2. f.	comm.	דַּקְתֵּן	ܕܰܩܬܝ	ܕܰܩܬܶܝܢ
	1. c.	דַּקֵּת	דַּקְנָא	ܕܰܩܶܬ	ܕܰܩܢ
Aor. II.	3. m.	יְדוּק	יְדִקוּן	ܢܶܕܽܘܩ	ܢܶܕܩܽܘܢ
Imp.	2. m.	דוּק	f. דֹּקְנָא	m. ܕܽܘܩ	f. ܕܽܘܩܝ

Inf. מְדַק ܡܶܕܰܩ Part. act. דָּקֵק ܕܳܐܶܩ P. pass. דְּקִיק ܕܩܺܝܩ.

Forma III.

	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
Aor. I. 3. m.	אַדֵּק	אַדֵּקוּ	ܐܰܕܶܩ	ܐܰܕܶܩܘ
1. c.	אַדֵּקְת	אַדֵּקְנָא	ܐܰܕܶܩܶܬ	ܐܰܕܶܩܢ
Aor. II. 3. m.	יַדֵּק	יַדְּקוּן	ܢܰܕܶܩ	ܢܰܕܩܘܢ
Imp. 2. m.	אַדֵּק	אַדֵּקוּ	ܐܰܕܶܩ	ܐܰܕܶܩܘ
Infinitiv.	אַדָּקָא		ܡܰܕܳܩܘ	

Part. act. מַדֵּק, pass. מַדַּק P. act. ܡܰܕܶܩ pass. ܡܰܕܰܩ

Verba itaque hujus classis in universum saepe ejiciunt mediam radicalem seu priorem literarum geminatarum, et vocalem mediae expunctae remittunt in primam radicalem, id quod fit

I. In prima forma, (excepto participio activo Chaldaeorum, et passivo K'til Aramaeorum), in tota tertia et quarta forma. Syri ob defectum τȣ Dagesch literam expunctam non compensant; Chaldaei vero compensant illam per Dagesch forte vel in tertia rad., si habet vocalem, nec tamen praecedit litera praeformativa, (sic in 3. sing. foem., 3. plur. masc. et foem., et 1. sing. aoristi I., in 2. sing. foem. et 2. plur. masc. imperativi); vel

illam compensant in prima radic., quoties illi praecedit praeformativa, (sic in infin. et aor. II. formae I. et in tota tertia forma). Ubi denique nec tertia rad. vocalem habet, nec litera praeformativa praecedit, nulla fit compensatio, (sic in 3 sing. masc., in 2. tota sing. et plur., et in 1. plur. aoristi I., et in 2. sing. masc. et 2. plur. foem. imperativi formae I.).

In participio act. f. I. Syri pro media expuncta interserunt ܐ, quod pronuntiatur ut ܝ, § 5. V.

Nota 1. Prima radic. si fuerit gutturalis, vel *a*) manet haec simpliciter, quia geminari nequit, ut: מְחַן inf. f. I. a חֲנַן *misertus est*; saepe vero vocalis praecedens tunc est longa, ut: הָעֵל imper. ab עֲלַל *intravit*, Dan. 2, 24. vel *b*) נ inseritur, conf. § 5. VII., ut: הַנְעֵל vel אַנְעֵל pro אָעֵל, f. III. ab עֲלַל, Dan. 2, 25. 4, 3. 6, 19.

2. Easdem irregularitates, de quibus n. I. hujus §. diximus, habet III. et IV. forma, act. et pass., ut: אַקֵּל ܩܰܠܶܠ, אִתַּקַּל, ܐܶܬܩܰܠܰܠ, שַׁקֵּל, ܫܰܩܠܶܠ, אִשְׁתַּקַּל, ܐܶܫܬܰܩܠܰܠ a קַל ܩܰܠ *levis fuit*; uberiora itaque harum formarum exempla in paradigmate adferre, supervacaneum duximus.

II. Passivum formae I. est regulare, ut: אִתְקְלֵל ܐܶܬܩܠܶܠ; Chaldaei tamen mediam rad., nonnunquam expunctam, per Dagesch forte in ת compensant, ut: אִתְּקֵל.

III. Forma II. act. et pass. prorsus est regularis, quam non raro supplent verba quatuor literarum, quae ab his verbis formari amant, ut: ܩܰܠܩܶܠ קַלְקֵל pro ܩܰܠܶܠ קַלֵּל, conf. § 49. II.

Nota. Saepius haec verba, inprimis Chaldaeorum in III. et IV. forma, modo etiam regulari flectuntur.

§ 59. VI. DE VERBIS *ULTIMAE* RAD. א ܐ, SEU DE VERBIS ל״א, ܠܐ.

Verba aramaica tertiae rad. א ܐ (vel non raro: ܝ ي) comprehendunt hebraica tertiae radic. ה (i. e. ו و et י ي) et א (أ), ac arabica tertiae rad. و, ي, أ. Aramaei ergo in unicam classem verborum: ל״א ܠܐ confundunt duplicem Hebraeorum classem verborum: ל״א et ל״ה, et triplicem Arabum classem verborum: لأ, لو, لي. Hebraei autem, media quasi via progressi, in verbis ל״א retinuerunt quidem Arabum verba لأ, sed duplicem Arabum classem verborum لو et لي pariter in unam conjecerunt classem verborum ל״ה. Rem illustrant exempla:

Aram.			Hebr.	Arab.
קְרָא	ܩܪܳܐ	*vocavit, legit*	קָרָא	قَرَأَ
עֲדָא	ܥܕܳܐ	*transivit*	עָדָה	عَدَا (عَدَوَ)
רְמָא	ܪܡܳܐ	*jecit*	רָמָה	رَمَي

Ergo soli iterum Arabes (conf. §§. 55. 56. 57.) verba omnino diversa literis quoque diversis distinguunt. Conf. *Gesenius* Lehrgebäude u. s. w. § 108. IV S. 418. § 109. S. 419. *Jahn* Gramm. hebr. 3. edit. § 77. p. 259. Praemittimus paradigma: גְלָא ܓܠܳܐ *migravit* et *revelavit*, confer. § 6. IV.

Forma I.

In Activo.

	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
Aor. I.	גְלָא	גְלוֹ	ܓܠܳܐ	ܓܠܰܘ
	גְלָת	גְלָאָה	ܓܠܳܬ	ܓܠܝ
		(־אָא)		(ܓܠܝܶܢ)
comm.	גְלִית	גְלֵיתוּן M.	ܓܠܰܝܬ	ܓܠܰܝܬܘܢ
	גְלֵית	גְלֵיתֵן F.	ܓܠܰܝܬܝ	ܓܠܰܝܬܶܝܢ
	גְלֵית	גְלֵינָא	ܓܠܺܝܬ	ܓܠܰܝܢ
				(־ܢܰܢ)

Occurrit etiam altera forma, minus usitata:

	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
Aor. I.	סְגִי	סְגִיאוּ vel סְגִיו	ܣܓܺܝ	ܣܓܺܝܘ
	(vel סְגִיאַת	סְגִיאָה	ܣܓܺܝܰܬ	ܣܓܺܝ
	סְגִית vel סְגִית)	vel סְגִיא		(ܣܓܺܝܶܢ)

	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
		סְגִיתוּן	ܣܓܝܬ	ܣܓܝܬܘܢ
	(סְגֵית) סְגִית	סְגִיתֵין	ܣܓܝܬܝ	ܣܓܝܬܝܢ
	סְגִית	סְגִינָא	ܣܓܝܬ	ܣܓܝܢ (ܢܢ-)
Aor. II	יִגְלֵא (־לֵי ־לֵי)	יִגְלוֹן (וּן)	ܢܶܓܠܶܐ	ܢܶܓܠܽܘܢ
	תִגְלֵי	יִגְלְיָן	ܬܶܓܠܶܐ	ܢܶܓܠܝܳܢ
	תִגְלֵא	(־וּן) תִגְלוֹן	ܬܶܓܠܶܐ	ܬܶܓܠܽܘܢ
	תִגְלִין	תִגְלְיָן	ܬܶܓܠܶܝܢ	ܬܶܓܠܝܳܢ
	אֶגְלֵא (־לֵה ־לֵי)	נִגְלֵא	ܐܶܓܠܶܐ	ܢܶܓܠܶܐ
Imper.	(גְלֵי) גְלִי	גְלוֹ	ܓܠܺܝ	ܓܠܰܘ
	גְלָי	(גְלָן) גְלָנָא	ܓܠܳܝ	ܓܠܳܝܶܝܢ
Part. act.	גָלֵא	גָלֵין	ܓܳܠܶܐ	ܓܳܠܶܝܢ
	גָלְיָא	גָלְיָן	ܓܳܠܝܳܐ	ܓܳܠܝܳܢ
Part. pas.	(גְלֵי) גְלֵא	(גְלָן) גְלֵין	ܓܠܶܐ	ܓܠܶܝܢ
	גַלְיָא	(גְלָן) גְלְיָן	ܓܠܺܝܳܐ	ܓܠܝܳܢ
Inf.	(־לֵי) מִגְלֵא		ܡܶܓܠܳܐ (-ܠܘ)	

In Passivo.

	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
Aor. I.	(־לֵי) אִתְגְלִי	אִתְגְלִיו	ܐܶܬܓܠܺܝ	ܐܶܬܓܠܺܝܘ

	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
	אִתְגְּלִית (־גְּלֵית)	אִתְגְּלִיָא	ܐܶܬ݂ܓ݁ܠܺܝܬ݂	ܐܶܬ݂ܓ݁ܠܺܝܢ (ܓ݁ܠܺܝܢ)

cet. juxta flexionem סְנִי ܣܢܳܐ.

Aor. II.	יִתְגְּלֵי (־לֵא)	יִתְגְּלוּן (לוּן)	ܢܶܬ݂ܓ݁ܠܶܐ	ܢܶܬ݂ܓ݁ܠܽܘܢ
2. f.	תִּתְגְּלִין	תִּתְגַּלְיָן	ܬܶܬ݂ܓ݁ܠܶܝܢ	ܬܶܬ݂ܓ݁ܠܝܳܢ

cet.

Imp.	אִתְגְּלֵי (־לִי)	אִתְגְּלוֹ	ܐܶܬ݂ܓ݁ܠܺܝ	ܐܶܬ݂ܓ݁ܠܰܘ
	אִתְגְּלָי	אִתְגְּלָנָא	ܐܶܬ݂ܓ݁ܠܳܝ	ܐܶܬ݂ܓ݁ܠܝܶܝܢ
Part.	מִתְגְּלֵי	מִתְגַּלְיָן	ܡܶܬ݂ܓ݁ܠܶܐ	ܡܶܬ݂ܓ݁ܠܶܝܢ
	מִתְגַּלְיָא	מִתְגַּלְיָן	ܡܶܬ݂ܓ݁ܠܝܳܐ	ܡܶܬ݂ܓ݁ܠܝܳܢ
Inf.	אִתְגְּלָאָה		ܡܶܬ݂ܓ݁ܠܳܝܽܘ	

Forma II.

In Activo.

	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
Aor. I.	גַּלִּי (גַּלֵּי)	גַּלִּיו	ܓ݁ܰܠܺܝ	ܓ݁ܰܠܺܝܘ
	גַּלִּית	גַּלִּיָא	ܓ݁ܰܠܺܝܬ݂	ܓ݁ܰܠܺܝܢ

cet. ut: סְנִי ܣܰܢܺܝ.

Aor. II.	יְגַלֵּי (־לֵא)	יְגַלּוֹן	ܢܓ݁ܰܠܶܐ	ܢܓ݁ܰܠܽܘܢ
2. f.	תְּגַלִּין	תְּגַלְיָן	ܬ݁ܓ݁ܰܠܶܝܢ	ܬ݁ܓ݁ܰܠܝܳܢ

cet.

	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
Imp.	גַּלֵּי (גַּלֵּי)	גַּלּוֹ	ܓܰܠܳܐ	ܓܰܠܰܘ
	גַּלַּי	גַּלָּנָא	ܓܰܠܰܝ	ܓܰܠܶܝܢ
Part. act.	מְגַלֵּי	ܡܓܰܠܶܐ	pass. מְגַלַּי	ܡܓܰܠܰܝ
Infinitiv.	גַּלָּאָה		ܡܓܰܠܳܝܽܘ	

In Passivo.

Aor. I.	אִתְגַּלִּי	אִתְגַּלִּיו	ܐܶܬܓܰܠܺܝ	ܐܶܬܓܰܠܺܝܘ
	cet. ut קְנִי ܩܢܺܝ.			
Aor. II.	יִתְגַּלֵּי (־לֵּא)	יִתְגַּלּוֹן	ܢܶܬܓܰܠܶܐ	ܢܶܬܓܰܠܽܘܢ
Imp.	אִתְגַּלַּי	ܐܶܬܓܰܠܳܐ	Part. מִתְגַּלֵּי	ܡܶܬܓܰܠܶܐ
Inf.	אִתְגַּלָּאָה		ܡܶܬܓܰܠܳܝܽܘ	

Forma III.

In Activo.

	Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
Aor. I. 3. m.	אַגְלֵי (־לִי)	f. אַגְלִית	m. ܐܰܓܠܺܝ	f. ܐܰܓܠܝܰܬ
Aor. II.	יַגְלֵי	ܢܰܓܠܶܐ	Imp. אַגְלֵי	ܐܰܓܠܳܐ
Part. act.	מַגְלֵי	ܡܰܓܠܶܐ	pass. מַגְלַי	ܡܰܓܠܰܝ
Inf.	אַגְלָאָה		ܡܰܓܠܳܝܽܘ	

In Passivo.

Aor. I. אִתְגְּלִי ܐܶܬ݂ܓܠܺܝ Aor. II. יִתְגְּלֵי ܢܶܬ݂ܓܠܶܐ
(־לֵי)

Imp. אִתְגְּלִי ܐܶܬ݂ܓܠܺܐ Inf. אִתְגְּלָאָה ܡܶܬ݂ܓܠܳܝܽܘ
(־לַי)

Part. מִתְגְּלֵא ܡܶܬ݂ܓܠܶܐ

Forma. IV.

In Activo.

Aor. I. שַׁגְּלִי ܫܰܓܠܺܝ Aor. II. יְשַׁגְּלֵי ܢܫܰܓܠܶܐ
(־לֵי) (־לֵא)

Imp. שַׁגְּלִי ܫܰܓܠܳܐ Inf. שַׁגְּלָאָה ܡܫܰܓܠܳܝܽܘ
(־לַי)

Part. act. מְשַׁגְּלֵא ܡܫܰܓܠܶܐ pass. מְשַׁגְּלַי ܡܫܰܓܠܰܝ
(־לֵי)

In Passivo.

Aor. I. אִשְׁתַּגְּלִי ܐܶܫܬܰܓܠܺܝ Aor. II. יִשְׁתַּגְּלֵי ܢܶܫܬܰܓܠܶܐ
(־לֵי)

Imp. אִשְׁתַּגְּלִי ܐܶܫܬܰܓܠܳܐ Inf. אִשְׁתַּגְּלָאָה ܡܶܫܬܰܓܠܳܝܽܘ
(־לַי)

Part. מִשְׁתַּגְּלֵי (־לֵא) ܡܶܫܬܰܓܠܶܐ

Nota 1. In aor. I. Ktal praeter usitatissimam flexionem occurrit alia, nonnullis tantum verbis propria, et cum flexione aoristi I. reliquarum formarum hujus verbi conveniens, quam exhibet paradigma סְגִי, ܣܓܝ. Anomaliae quoque hujus paradigmatis, quas ad nonnullas personas chaldaicas adjecimus, in flexione aoristi I. reliquarum formarum occurrunt.

2. Verba hujus generis plures earundem personarum terminationes in flexione temporum admittunt, quarum nonnullas jam in paradigmate notavimus; sunt autem praecipue sequentes:

A. In *Chaldaeorum* aoristo I. *a*) habet 2. persona sing. masc. more Hebraeorum formas: גְלֵיתָא, גְלַיְתָא, גְלַיְתְ, גְלֵיתָא, et 1. sing. comm.: גְלֵיתִי, quae formae hebraicae fere saepius occurrunt, quam ipsae paradigmatis.

b) Praeterea habet 3. pers. sing. foem. formas: גְלַת, גְלָאת et גְלַיַת; 3. plur. masc. formam hebraicam: גְלוֹ, etiam: גְלוֹן, aut saepe primam radicalem habet motam, ut: בְעוֹ, Cant. 3, 1., denique 3. plur. foem.: גְלָאן, גְלָן.

c) In imperativo habet 2. plur. masc.: גְלוֹן, et 2 plur. foem.: גְלָן vel גְלָנָה, in qua posteriori forma manet etiam tertia rad., ut: בְּכָאָנָה *plorate*, II Sam. 1, 24.

d) Omnes denique horum verborum terminationes in א per hebraismum saepe א mutant in ה, id quod praecipue obtinet in sacris Danielis et Esrae reliquiis.

B. In *Syrorum* aoristo I. Ktal et Ethktel habet 3. persona plur. foem. etiam formam: ܓܠܝ̈ܢ, ܐܬܓܠܝ̈ܢ, et 1. pl. comm.: ܓܠܝܢ, ܐܬܓܠܝܢ.

His jam praemissis, varias ac multiplices horum verborum anomalias ope paradigmatis exponemus.

I. Quoties tertia rad. א ܐ verbum claudit, vel א ܐ manet quiescens, vel mutatur in י ى quiescens, utrumque vero quiescit

in aor. I. Ktal in ־ָא ܐ̄, nonnunquam in ־ָי ـَى;

in aor. I. act. vel passiv. reliquarum form. in ־ִי (־ֵי) ـِى;

in aor. II. omnium formarum in ־ֵא (vel ־ֵי, ־ִי), ܐ̈;

in imper. Ktal in ־ִי vel ־ֵי, ـِى;

— Ethktel in ־ֵי vel ־ִי, ـِى;

— reliquarum formarum in ־ֵי, ־ֵי, ܐ̄;

in inf. Ktal in ־ֵא (־ֵי) ܐ̄ (ـِى);

— reliquarum form. in ־ָאָה (־ָאָא) ـَاة;

in part. pass. Katel, Aktel, Schaktel in ־ֵי ـِى;

in reliquis partic. in ־ֵא vel ־ֵי, (etiam ־ִי in Ktil) ܐ̈.

II. Ubi vero in fine verbi litera vel syllaba adcrescit, vel α) א ܐ *mutatur* in literam י ى, quae porro aut *mota* est, aut *quiescens*, vel β) א ܐ prorsus *abjicitur*. Nimirum

α) *Mutatur* אָ ו vel 1. in literam י ܝ *motam* in persona plur. foem. 2. et 3. aoristi II. omnium formarum utriusque dialecti.

Praeterea apud *Chaldaeos* in forma נְלַיִת personae 3. sing. foem. aor. I. (conf. A. *b* hujus §.), et in formis: סְגִיא (סְגִית) סְגִית personae 3. foem. sing. et plur. aor. I. Apud *Syros* in pers. 3. foem. sing. aoristi I. omnium formarum, excepta prima activa Ktal, in forma altera: ܢܶܝܳܢ personae 3. foem. plur. aor. I. omnium formarum, et in 2. foem. plur. imperativorum.

Porro saepius in flexione participiorum utriusque dialecti, conf. Parad. masc. 6. chald., IX. syr., et foem. *f* chald., 8. 9. syr.

Denique in Syrorum infinitivis, excepto Ktal, in quibus Chaldaei retinent א motam, et rarius tantum mutant in י, ut: הַשְׁנָיָה (inf. Aktel) Dan. 6, 9.

Vel 2. א ו mutatur in literam י ܝ *quiescentem*, id quod tantum obtinet in aoristi I. persona 2. sing. et plur. utriusque generis, et in 1. sing. et plur., in quibus personis apud Chaldaeos lit. י in Ktal plerumque quiescit in ֵ, in reliquis

vero formis, et saepe etiam in Ktal, quiescit in ◌ֵ; apud Syros autem in iisdem personis aoristi I. Ktal ܝ plerumque quiescit seu diphthongescit in ◌ܰܝ, in iisdem reliquarum formarum, et non raro etiam formae Ktal, in ◌ֵ.

β). Litera א ܐ *abjicitur*, nimirum

a. In *aoristi I.* Ktal persona 3. foem. sing. et 3. masc. plur. utriusque dialecti, et in 3. foem. plur. Syrorum.

b. In aoristi I. reliquarum formarum syriacarum persona 3. foem. plur.

c. In *aoristi II.* omnium formarum utriusque dialecti persona 2. foem. sing., (ubi ex ◌ֵܝܢ fit ◌ܰܝܢ), in 2. et 3. masc. plur., (ubi ex ܘܢ fit ܘܢ).

d. In plurali masc. *participiorum*, ubi terminatio ין◌ֵ ◌ֵܝܢ mutatur in ין◌ָ, ◌ܰܝܢ, conf. Parad. masc. 6. chald., IX. syr.

e. In *imperativorum* 2. foem. sing.; (ubi י◌ֵ mutatur in י◌ָ, et ܝ in ܝ◌ܰ), et in 2. masc. plur., (ubi ܘ mutatur in ܘ, et ו in ו◌ַ); atque in chaldaica 2. foem. plur., quae desinit in נָא◌ָ.

In Syrorum imperativis ◌ܝ ex 2. foem. sing. migravit in 2. foem. plur., in Ktal semper, et nonnunquam in reliquis etiam formis.

§. 60.

DE VERBIS ל״א ן CUM SUFFIXIS.

Singulari prorsus modo et Chaldaei et Syri verbis ultimae rad. א ן suffixa solent adnectere; conf. §. 11. in fine.

I. Apud *Chaldaeos* 1.) Persona 3. masc. sing. aoristi I. omnium formarum literam א et י *a*) plerumque abjicit, *b*) non raro quoque retinet, ut: *a*) חֲזַנִי II. Sam. 1, 7. חֲזָהִי Jud. 19, 3. תְלְנוּן Jes. 42, 5. אַחֲזִנּוּן (Aktel) II. Reg. 20, 13. *b*) בְּרָאַנִי Prov. 8, 22. חֲזָאָה Gen. 38, 15. אַחֲזְיַנִי Ezech. 11, 25. אַחֲזְיָךְ Deut. 4, 36.

2) Terminatio tertiae pers. sing. foem. aor. I. יַת ante omnia fere suffixa mutatur in תְ, ut: אַטְעְיָתְנוּן (Aktel) Hos. 4, 12.

3) Persona 2. et 1. comm. aoristi I. omnium formarum in singulari numero rarius, in plurali vero nunquam mutatur ante suffixa, ut: רְמִיתַנִי (2. pers.) Jon. 2, 4. חֲזִיתֵיה (1. pers.) Gen. 44, 28. Sed etiam, rarius quamvis, occurrit haec

forma: אֲחַסְּתַנִי (2. pers. Aktel) Ps. 71, 20. בְּנִיתָה (1. pers.) Dan. 4, 27.

4) Tertia plur. masc. aor. I. plerumque habet ו pro וֹ, et וּ pro וּ —, ut: חָזוּהָא Thren. 1, 7. עַטְעָיוּךְ Jes. 3, 12. Rarius occurrit: רְמוֹנוּן Jos. 10, 27. רְמוֹהִי Jer. 38, 9.

5) Personae aoristi II., quibus in fine nihil adcrescit, (3. masc. et foem., 2. masc., 1. comm. sing. et 1. comm. plur.), abjecta tertia radicali, verbum inter et suffixa, sub *a* §. 11. expressa, adsciscunt נ —, ut: אֶבְעֲנֵיה, Prov. 23, 35. In reliquis vero aoristi II. personis suffixa modo regulari accedunt.

6) Imperativorum personis, in vocalem desinentibus, suffixa, sub *b*. §. 11. indicata, absque mutatione et simpliciter adduntur, ut: רְמִיהִי Exod. 4, 3. אַחֲזֵינִי, אַשְׁקִינִי (Aktel), Exod. 33, 18. Gen. 29, 7. In Ktal occurrit etiam forma: קְרָהָ *lege illam* (illud), Jer. 36, 15., et in plurali offenditur etiam ו pro וֹ, ut: רְמוּנִי Jon. 1, 12.

7) Infinitivus Ktal vel sequitur paradigma 6. masc., ut: מֶחֱזֵיהּ *videre illum*, vel tertiam rad. amittit, ut: מֶחֱזְךָ *videre te*; utrumque habes in II. Sam. 13, 5. 6. מִבְכָּה Gen. 23, 2.

II. Apud *Syros* 1. In personis, exeuntibus in ܐܶ, (3. masc. sing. aor. I. Ktal, et 2. masc. sing. imperativorum Katel et Aktel), ܐ abjecto, ܶ pronuntiatur cum suffixis *b*., (sed cum ܘܗܝ tertiae pers. masc. sing.), ut: ܓܒܳܢ, Eph. 1, 4. ܢܓܒܶܝܘܗܝ II. Tim. 2, 4. ܚܰܘܳܢ Joh. 14, 8. ܐܰܝܬܳܝܘܗܝ Matth. 17, 17.

2. In personis, in ܝ desinentibus, vel, ܝ abjecto, ܘ tanquam consonans mota pronuntiatur cum suffixis *a*; ita in 3. masc. sing. aoristi I. formae II. et III., nonnunquam etiam I. formae, ut: ܢܚܰܘܝܰܢܝ Act. 10, 28. ܐܰܩܺܝܡܶܗ Luc. 4, 9., vel ܝ manet, et conjungitur cum suffixis *b*.; ita in 2. masc. sing. imperativi Ktal, et in priori casu ante suffixa ܟܘܢ ܟܶܝܢ, ut: ܦܣܽܘܩܶܝܗ Matth. 5, 29., ܢܚܰܘܶܝܟܘܢ Matth. 3. 7.

3. Aoristi I. personae: 3. foem. et 1. comm. sing. cum suffixis *a*., et 2. masc. sing. cum suffixis *c*., in

omnibus formis immutatae manent. Ita etiam personae: 3. foem., 2. masc. et foem. et 1. comm. in numero plur. aoristi I. omnium formarum, et 2. ac 3. masc. et foem. in plur. aoristi II. omnium formarum cum suffixis *c.* regulari modo conjunguntur.

4. In personis, quae in ܘ otiosum terminantur, ܘܳܐ pro ܘܶ, et ܘܽܢ pro ܘܢ pronuntiatur cum suffixis *b.*; sic in 3. masc. plur. aoristi I. omnium formarum, et in 2. masc. plur. omnium imperativorum, ut: ܚܙܳܐܘܽܗܝ, Matth. 2, 10. in aor. I., et Hebr. 3, 1. in imper.; ܢܰܣܝܽܘܢܝ Hebr. 3, 9. in aor. I. Katel.

5. Terminatio personarum in ܐ mutatur in ܝ, et adnectuntur suffixa *b.*; sic in 3. masc., 2. masc. et foem., 1. comm. sing. et in 1. comm. plur. aoristi II. omnium formarum, ut: ܐܶܫܪܶܝܟ Joh. 19, 10. ܢܶܪܥܶܝܘܗܝ Matth. 2, 6., ܢܶܦܪܶܩܰܢ Tit. 2, 14. ܢܫܰܘܶܝܟܽܘܢ I. Thess. 1, 11.

6. Personae imperativorum foeminini generis: ܓܠܳܝ et ܓܠܳܝܝܢ vel ܓܠܰܝܢ, sonant: ܓܠܳܝܢ vel ܓܠܳܐܝ

cum suffixis *b.*, et ܢܝ cum suffixis *c.*, ut: ܐܰܠܨܳܐܢܝܗ̱ܝ, II. Sam. 14, 10. ܐܰܫܩܺܝܢܝ Gen. 24, 17. ܟܰܣܘ̈ܢܝ (plur.) Luc. 23, 30.

7. In infinitivo Ktal pro ܐ̱ ponitur ܘ, ut: ܠܡܶܚܙܳܝܳܟ Luc. 8, 20. ܠܡܰܘܒܳܕܶܗ Matth. 2, 13. Sed ante ܟܘܢ et ܟܝܢ, abjecto ܐ, manet ܶ, ut: ܠܡܶܣܢܳܟܘܢ Joh. 7, 7.

§. 61. TERTIA CLASSIS: DE VERBIS DUPLICITER IRREGULARIBUS.

De verbis tertiae *classis* nihil in specie erit dicendum, sequuntur enim regulas verborum primae et secundae classis illorum, ad quae pro duplici litera irregulari pertinent. Adferimus tamen exercitii gratia difficiliora quaedam horum verborum exempla:

I. Verborum פ״ן ܢ et ל״א ܢ, ut: נְדָא *adspersit*, ܢܣܳܐ *probavit*, in Aktel: אַדִּי aor. I., יַדִּי aor. II., מַדִּי part.; ܐܰܣܘ imp. *probate*, II. Cor. 13, 5.

II. Verborum פ״א ܢ et ל״א ܢ, ut: ܐܶܣܳܐ אֲסָא *sanavit*, ܐܶܬܳܐ אֲתָא *venit*; in Ktal: אָתֵי *veniens*, אִיתֵי

veniam, יִיתְיָן *venient* foem. ܐ̄ܬܝ̈ܢ *venerunt* foem., ܬܳܐ *veni*, masc. ܬܳܝ *veni* foem. In Kattel: תַּסַּנְיֵיה *sanabis eum*, ܐܰܣܝܳܗ *sanavit*, ܐܰܣܰܘ *sanate*, ܐܰܣܶܐ *sanabo*, ܐܰܣܝܺܘܗܝ *sanabo eum*. In Ethkatal: ܐܶܬܰܐܣܝܳܝ *sanatae sunt* foem. אִתַּסִּיאוּ. In Aktel: מַיְתֵי *adducens*, ܐܰܝܬܺܝ *adduxit*, cet.

III. Verborum פ״י ܦܐ et ל״א ܢ, ut: יְמָא, ܝܡܳܐ *juravit*, ידא ܝܕܳܐ inus., sed in For. III *confessus fuit*; in Ktal יָמַן *jurantes*, masc., pro: יָמַיִן; תֵּימֵי *jurabis*; ܝܶܡܺܝܬ *juravi*, ܢܶܐܡܶܐ *jurabit*, ܡܶܐܡܰܐ *jurare*. In Aktel: יוֹמֵי, אוֹמֵינָךְ, תוֹמוֹן *juro tibi*, ܡܘܡܝܳܢܶܐ *exorcistae*, ܡܘܡܶܐ. אוֹדָאָה *confiteri*, אוֹדֵיתָא *confessus es*, נוֹדֵי *confitebitur*; ܐܘܕܝܬ *confessa est*, ܐܘܕܶܐ *confitebor*, *celebrabo*, ܡܘܕܶܝܘ *confiteri*, ܡܘܕܶܝܢܰܢ *confessi sumus*, (partic. cum pronom. §. 47.) ܐܰܘܠܶܦ *promisit*.

IV. Verborum ܠܐ et ܠܝ, ut: ܠܐܳܐ *laboravit*, *aegre tulit*, (hebr. לָאָה), ܟܐܳܐ *objurgavit*; in Ktal: ܠܐܰܘ masc., ܠܐܝ̈ foem. *laborarunt*; ܠܐܶܝܢ part. pass. in plur.; ܟܐܰܘ, *objurgarunt*, ܟܐܳܝ *objurga*, *cohibe*. In Aktel: ܢܰܠܐܶܝܟ *fessum te faciemus*; ܡܰܠܐܶܝܢ, part. plur.

In tironum gratiam ex praestantissima *Vateri* Grammatica inserimus §. sequenti tabulam omnium verborum irregularium et Chaldaeorum et Syrorum, cujus ope verba illa et cum verbo regulari et inter se facilius conferri, eorumque anomaliae uno quasi obtutu conspici possunt.

I. Forma activa

	Verbum regul.	V. פ״א	V. פ״ן
Aor. I. 3. Sing.	קְטַל	אֲכַל	נְפַק
3. Plur.	קְטַלוּ	regularis	regularis
Aor. II. 3. S.	יִקְטֻל	יֵאכֻל vel יֵיכֻל	יִפֻּק
3. Pl.	יִקְטְלוּן	יֵאכְלֻן	יִפְּקוּן
Imp. 2. S.	קְטֻל	regularis	פֻּק
2. Pl.	קְטֻלוּ		פֻּקוּ
Inf.	מִקְטַל	מֵאכַל vel מֵיכַל	מִפַּק
Part. act.	קָטֵל	vel מֵכַל	
Part. pass.	קְטִיל	regulare	regulare

I. Forma passiva

Aor. I. 3. S.	אִתְקְטֵל	אִתְאֲכֵל vel אִתְּכֵל	אִתְנְפֵק
3. Pl.	אִתְקְטֵלוּ	cet.	
Aor. II. 3. S.	יִתְקְטֵל	in reliquis	
Imper. 2. S.	אִתְקְטֵל	regulari modo	
Inf.	אִתְקְטָלָא	flectuntur.	
Part.	מִתְקְטֵל		

II. Forma activa

Aor. I. 3. S.	קַטֵּל	אַכֵּל	נַפֵּק
3. Pl.	קַטֵּלוּ	regularis	in reliquis
Aor. II. 3. S.	יְקַטֵּל	יְאַכֵּל vel יֵכֵּל	regulari
Imper. 2. S.	קַטֵּל		modo
Inf.	קַטָּלָא	regularis	flectitur.
Part. act.	מְקַטֵּל	regulare vel מַכֵּל	
Part. pass.	מְקַטַּל	regulare vel מְכַּל	

Ktal.

V. פ״י	V. ע״ו	V. ע״ע	V. ל״א
יְלַד	קָם	דַק	גְלָא
regularis	קָמוּ	דַקוּ	גְלוֹ
יֵילֵד vel יֵלֵד	יְקוּם	יְדוּק	יִגְלֵי
יִילְדוּן vel יִדַּע	יְקוּמוּן	יְדְקוּן	יִגְלוֹן
לֵד	קוּם	דֹק	גְלִי
לֵדוּ	קוּמוּ	דֹקוּ	גְלוֹ
מֵילֵד vel מִדַּע	מְקָם	מִדַּק	מִגְלֵא
	קָאֵם		גָלֵא
regulare		regulare	
	קָיִם		גָלֵא

Ithktel.

אִתְיְלֵד	אִתְקְיִם	אִדְּקַק	אִתְגְלִי
in reliquis		in reliquis	אִתְגְלִיו
regulari modo	יִתְקְיִם	regulari modo	יִתְגְלֵי
flectitur.		flectitur.	אִתְגְלִי
			אִתְגְלָאָה
			מִתְגְלֵי

Kattel.

יַלֵּד	קַיֵּם	דַקֵּק	גַלִּי
in reliquis	קַיֵּמוּ	in reliquis	גַלִּיאוּ
regulari modo	יְקַיֵּם	regulari modo	יְגַלֵּי
flectitur.	קַיֵּם	flectitur.	גַלִּי
	קַיָּמָא		גַלָּאָה
	מְקַיֵּם		מְגַלֵּי
	מְקַיַּם		מְגַלַּי

			II. Forma passiva
	Verbum regul.	V. פ״א	V. פ״ן
Aor. I 3. S.	אִתְקְטֵל	אִתְאֲכֵל, etiam אִתַּסִּי	אִתְנְפֵק
3. Pl.	אִתְקְטִלוּ	II. Reg. 2, 22. 8, 29.	
Aor. II.	יִתְקְטֵל	in reliquis	
Imper.	אִתְקְטֵל	regulari modo	
Infinit.	אִתְקְטָלָא	flectuntur.	
Partic.	מִתְקְטֵל		
			III. Forma activa
Aor. I. 3. S.	אַקְטֵל	אוֹכֵל vel אַיְכֵל	אַפֵּק
3. Pl.	אַקְטִלוּ	אוֹכֵלוּ	אַפִּקוּ
Aor. II.	יַקְטֵל	יוֹכֵל	יַפֵּק
Imper.	אַקְטֵל	אוֹכֵל	אַפֵּק
Infinit.	אַקְטָלָא	אוֹכָלָא	אַפָּקָא
Part. act.	מַקְטֵל	מוֹכֵל	מַפֵּק
Part. pass.	מַקְטַל	מוֹכַל	מַפַּק
			III. Forma passiva
Aor. I.	אִתַּקְטַל	אִתּוֹכַל	אִתַּפַּק
			IV. Forma activa
Aor. I.	שַׁקְטֵל	שׁוֹכֵל vel שַׁיְכֵל	
			IV. Forma passiva
Aor. I.	אִשְׁתַּקְטַל	אִשְׁתּוֹכַל	

	V. פ״י	V. ע״ו	V. ע״ע	V. ל״א
Ithkattal.				
	אִתְיַלַּד	אִתְקַיַּם	אִדַּקַּק	אִתְגַּלִּי
	in reliquis	אִתְקַיַּמוּ	in reliquis	אִתְגַּלִּיו
	regulari modo	יִתְקַיַּם	regulari modo	יִתְגַּלֵּי
	flectitur.	אִתְקַיַּם	flectitur.	אִתְגַּלֵּי
		אִתְקַיָּמָא		אִתְגַּלָּאָה
		מִתְקַיַּם		מִתְגַּלֵּא
Aktel.				
	אוֹלֵד	אֲקִים	אַדֵּק	אַגְלִי
	אוֹלֵדוּ	אֲקִימוּ	אַדִּקוּ	אַגְלִיאוּ
	יוֹלֵד	יְקִים	יַדֵּק	יַגְלֵי
	אוֹלֵד	אֲקִים	אַדֵּק	אַגְלֵי
	אוֹלְדָא	אֲקָמָא	אַדָּקָא	אַגְלָאָה
	מוֹלֵד	מְקִים	מַדֵּק	מַגְלֵא
	מוֹלַד	מְקָם	מַדַּק	מַגְלַי
Iththaktal.				
	אִתּוֹקַד	אִתְּקִים vel אִתְּקָם		אִתַּגְלִי
		Aor. II. יִתְּקָם		
		Part. מִתְּקָם		
Schaktel.				
	שֵׁיצִי			שַׁגְלִי
Ischthaktal.				
	אִשְׁתּוֹתַר			אִשְׁתַּגְלִי

I. Forma activa.

	Verbum regul.	V. ܐܟܠ.	V. ܩܡ.	V. ܢܦ.
Aor. I.	ܩܛܠ	ܐܟܠ	ܩܡ	ܢܦܩ
Aor. II.	ܢܩܛܘܠ	ܢܐܟܘܠ	ܢܩܘܡ	ܢܦܘܩ
Imper.	ܩܛܘܠ	ܐܟܘܠ	ܩܘܡ	ܦܘܩ
Infin.	ܡܩܛܠ	ܡܐܟܠ	ܡܩܡ	ܡܦܩ
Part. act.	ܩܛܠ	ܐܟܠ	ܩܐܡ	ܢܦܩ
Part. pass.	ܩܛܝܠ	ܐܟܝܠ	ܩܝܡ	ܢܦܝܩ

I. Forma passiva

Aor. I.	ܐܬܩܛܠ	ܐܬܐܟܠ	ܐܬܩܝܡ	ܐܬܢܦܩ
Aor. II.	ܢܬܩܛܠ	ܢܬܐܟܠ	ܢܬܩܝܡ	in reliquis
Imper.	ܐܬܩܛܠ	ܐܬܐܟܠ	ܐܬܩܝܡ	regulari
Infin.	ܡܬܩܛܠܘ	ܡܬܐܟܠܘ	ܡܬܩܝܡܘ	modo
				flectitur.
Part.	ܡܬܩܛܠ	ܡܬܐܟܠ	ܡܬܩܝܡ	

II. Forma activa

Aor. I.	ܩܛܠ	ܐܟܠ	ܩܝܡ	ܢܦܩ
Aor. II.	ܢܩܛܠ	ܢܟܠ	vel	in reliquis
Imper.	ܩܛܠ	pro alia forma	ܩܘܡ	regulari
				modo
Infin.	ܡܩܛܠܘ	ܡܟܠܘ	cet.	flectitur.
Part. Act.	ܡܩܛܠ	ܡܟܠ		
Part. Pass.	ܡܩܛܠ	ܡܟܠ		

Ktal.

V. ܟܐܒ	V. ܩܘܡ	V. ܣܝܡ	V. ܥܠ
ܟܐܒ	ܩܡ	ܣܡ	ܥܠ
ܢܟܐܒ	ܢܩܘܡ	ܢܣܝܡ	ܢܥܘܠ
ܟܐܒ	ܩܘܡ	ܣܝܡ	ܥܘܠ
ܡܟܐܒ	ܡܩܡ	ܡܣܡ	ܡܥܠ
ܟܐܒ	ܩܐܡ	ܣܐܡ	ܥܐܠ
ܟܐܝܒ	ܩܝܡ	ܣܝܡ	ܥܠܝܠ

Ethktel.

ܐܬܟܐܒ	ܐܬܬܩܝܡ	ܐܬܣܝܡ	ܐܬܥܠܠ
ܢܬܟܐܒ	ܢܬܬܩܝܡ	regulari modo flectitur in reliquis.	ܢܬܥܠܠ
ܐܬܟܐܒ	ܐܬܬܩܝܡ		ܐܬܥܠܠ
ܡܬܟܐܒܘ	ܡܬܬܩܡܘ		ܡܬܥܠܠܘ
ܡܬܟܐܒ	ܡܬܬܩܝܡ		ܡܬܥܠܠ

Katel.

ܟܐܒ	ܩܝܡ	ܣܝܡ	ܥܠܠ
regulari modo flectitur in reliquis.	ܢܩܝܡ	regulari modo flectitur in reliquis.	ܢܥܠܠ
	ܩܝܡ		ܥܠܠ
	ܡܩܝܡܘ		ܡܥܠܠܘ
	ܡܩܝܡ		ܡܥܠܠ
	ܡܩܝܡ		ܡܥܠܠ

II. Forma passiva

	Verbum regul.	V. ܩܐ.	V. ܣܐ.	V. ܒܝ
Aor. I.	ܐܶܬܩܛܠܐ	ܐܶܬܪܩܠܐ	ܐܶܬܪܒܒ	ܐܶܬܢܩܦ
Aor. II.	ܕܶܬܩܛܠܐ	ܕܶܬܪܩܠܐ	cet. vel	
Imper.	ܐܶܬܩܛܠܐ	ܐܶܬܪܩܠܐ	ܐܶܦܬܪܠܐ	regulari modo
Infin.	ܡܶܬܩܛܠܢܘ	ܡܶܬܪܩܠܢܘ	cet.	flectitur
Partic.	ܡܶܬܩܛܠܐ	ܡܶܬܪܩܠܐ		in reliquis.

III. Forma activa

Aor. I.	ܐܩܛܠܐ	ܐܘܩܠܐ v. ܐܩܠܐ	ܐܦܪܠܐ	ܐܩܦ
Aor. II.	ܢܩܛܠܐ	ܢܩܠܐ	ܢܦܪܠܐ	ܢܩܦ
Imper.	ܐܩܛܠܐ	ܐܘܩܠܐ	ܐܦܪܠܐ	ܐܩܦ
Infin.	ܡܩܛܠܢܘ	ܡܘܩܠܢܘ	ܡܦܪܠܢܘ	ܡܩܦܢܘ
Part. act.	ܡܩܛܠܐ	ܡܩܠܐ	ܡܦܪܠܐ	ܡܩܦ
Part. pass.	ܡܩܛܠܐ	ܡܘܩܠܐ	ܡܦܪܠܐ	ܡܩܦ

III. Forma passiva

Aor. I.	ܐܶܬܬܩܛܠܐ	ܐܶܬܘܩܠܐ		ܐܶܬܬܩܦ

IV. Forma activa

Aor. I.	ܦܩܛܠܐ	ܦܩܘܠܐ vel ܦܩܠܐ		

IV. Forma passiva

Aor. I.	ܐܶܦܬܩܛܠܐ	ܐܶܦܬܩܘܠܐ		

Ethkatal.

V. ܦܝ.	V. ܥܘ.	V. ܥܥ.	V. ܠܐ.
ܐܬܝܠܕ	ܐܬܬܩܝܡ	ܐܬܕܩܩ	ܐܬܓܠܝ
regulari modo flectitur in reliquis.	ܢܬܬܩܝܡ	regulari modo flectitur in reliquis.	ܢܬܓܠܐ
	ܐܬܬܩܝܡ		ܐܬܓܠܐ
	ܡܬܬܩܝܡܘ		ܡܬܓܠܝܘ
	ܡܬܬܩܝܡ		ܡܬܓܠܐ

Aktel.

ܐܘܠܕ	ܐܩܝܡ	ܐܕܩ	ܐܓܠܝ
ܢܘܠܕ	ܢܩܝܡ	ܢܕܩ	ܢܓܠܐ
ܐܘܠܕ	ܐܩܝܡ	ܐܕܩ	ܐܓܠܐ
ܡܘܠܕܘ	ܡܩܡܘ	ܡܕܩܘ	ܡܓܠܝܘ
ܡܘܠܕ	ܡܩܝܡ	ܡܕܩ	ܡܓܠܐ
ܡܘܠܕ	ܡܩܡ	ܡܕܩ	ܡܓܠܝ

Eththaktal.

ܐܬܬܘܬܒ	ܐܬܬܩܝܡ		ܐܬܬܓܠܝ

Schaktel.

ܫܘܕܥ			ܫܓܠܝ

Eschthaktal.

ܐܫܬܘܕܥ			ܐܫܬܓܠܝ

§ 63.

DE USU VERBORUM.

I. Aramaeorum verbum multo religiosius, quam Hebraeorum vel Arabum, concordare cum nominis genere et numero, sed nihilo minus saepe occurrere constructionem verbi ad sensum, supra jam observavimus § 18. V. p. 36.

II. Verbis intransitivis seu neutris, Syri inprimis, non raro passivo sensu utuntur, ut: ܛܥܳܐ *errare*, pro: *decipi* πλανᾶσθαι, Luc. 21, 8. Joh. 7, 47.; ܝܩܶܕ יְקַד *arsit*, pro: *combustus fuit*, Matth. 13, 30. Hebr. 13, 11.; ܢܦܰܠ *cecidit*, pro: *conjectus*, *dejectus est*, Matth. 3, 10. Joh. 5, 24.; ܢܦܰܩ *egressus est*, pro: *ejectus est*, Matth. 8, 12. Luc. 16, 4.; ܣܠܶܩ *ascendit*, pro: *extractus*, *evulsus est*; ܥܰܠ *ingressus*, pro: *illatus est*, Lev. 10, 18. Act. 21, 37.; ܩܳܡ *stetit*, pro: *constitutus est*, sensu ecclesiastico. Imo tota activa constructio ponitur pro passiva, ut: Dan. 5, 21. וְלִבְבֵהּ עִם־חֵיוְתָא שַׁוִּי — עִשְׂבָּא כְתוֹרִין יְטַעֲמוּנֵּהּ *et cor ejus cum bestiis posuerunt — herbis instar taurorum pascebant eum*, utrumque verbum impersonaliter, pro: *mens illius bestiis similis facta*

est — *ipse herbis instar taurorum pastus est:* er sank zur Unvernunft der Thiere herab, — wurde mit Gras gefüttert, wie Stiere.

III. Verba e contrario passiva non solo sensu reciproco, ut: ܐܬܪܚܩ *elongatus est*, pro: *se elongavit, abiit*, sed, deponentium instar, plane activo sensu veniunt, ut: ܐܬܠܥܣ, *ruminavit*, ܐܬܚܫܒ, *cogitavit*, ܐܬܒܝܢ *intellexit*. Conf. § 36.

IV. Composita verba vel simplicibus, vel modo periphrastico exprimuntur, adjectis quibusdam verbis vel particulis auxiliaribus, ut: Act. 26, 5. *praescientes* ܩܕܡܝܢ; Marc. 13, 23. *praedixi* ܩܕܡܬ ܐܡܪܬ (*occupavi dixi*); Joh. 20, 4. ܪܗܛ ܩܕܡܗ *cucurrit praevenit eum*, pro: *praecucurrit*; Matth. 5, 39. ܕܠܐ ܬܩܘܡܘܢ ܠܘܩܒܠ ܒܝܫܐ, *ut non stetis contra malum*, pro: μὴ ἀντιϛῆναι τῷ πονηρῷ, *non resistere malo;* Act. 25, 5. ܢܚܬܘܢ ܥܡܢ *descendant nobiscum*, pro: συγκαταβαντες; Rom. 11, 20. ܠܐ ܬܬܪܝܡ ܒܪܥܝܢܟ, *non inflatus sis in opinione tua*, pro: μὴ ὑψηλοφρόνει, *noli superbire.*

V. Syri, adloquentes in secunda persona, post interveniens relativum vel participium, in tertiam personam deflectunt, ut: ܟܠ ܠܟ ܦܩܕ

ܒܪܘܚܐ ܐܘ ܒܪܢܫܐ ܕܕܐܢ ܚܒܪܗ, *non excusationem habes*, (*non est tibi eductio in spiritu*, ut Kirsch. Chrestom. Syr. p. 37. lin. 7.) *o homo! qui judicat proximum suum*; Rom. 2, 1. ܐܝܠܝܢ ܕܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܬܚܝܬ ܢܡܘܣܐ: (*dicite mihi vos*), *qui volunt* (pro: *vultis*) *esse sub lege*; Gal. 4, 21. ܐܘܪܫܠܡ ܐܘܪܫܠܡ ܩܛܠܬ ܢܒܝܐ ܘܪܓܡܬ ܠܐܝܠܝܢ ܕܫܠܝܚܝܢ ܠܘܬܗ: *O Hierosolyma, Hierosolyma, occidens prophetas, et eos lapidans, qui missi sunt ad ipsum*, pro: *ad te!* Luc. 13, 34.

VI. Verba, quae significant : *confiteri, abnegare* (pro: *partes alicujus sequi, ab aliquo deficere*), cum *Beth* construuntur, ut: ܕܢܘܕܐ ܒܝ, *qui confessus fuerit in me*; ܕܢܟܦܘܪ ܒܝ, *qui abnegaverit in me*; וּכְפַר בִּתְחִיַּת מֵתַיָּא *et negavit vivificationem mortuorum*, Gen. 25, 34. Targ. Jerus.; simile Gen. 25, 29. Jonath.; וּכְפָרוּ בְּדַחֲלָא תַּקִּיפָא *abnegarunt Deum fortem*, Deut. 32, 15. Targ. Jerus.; Jer. 2, 27. Jonath., Ps. 12, 5. Targ. cet. Conferantur porro exempla in *Barhebraei* Chron. p. 162. lin. ult., p. 249. lin. 4., p. 514. lin. 7.; p. 562. lin. 6. a fine; p. 580. lin. antep., et textus graecus N. F., Matth. 10, 32. Luc. 12, 8.

אוֹדִי ܐܘܕܝ *confessus fuit*, cum dativo significat: *gratias referre*, sed cum accusativo: *laudare, celebrare*; conf. Matth. 11, 25.

§. 64. SINGULARES EXPRESSIONES AC PHRASES.

Tirones ut facilius intelligant, qua ratione, mira prorsus ac singulari, Orientales non raro cogitata sua exprimant, nonnullas insignes expressiones ac phrases adponimus ex *J. D. Michaelis* Gramm. Syr. §§. 111 et 114.

1. ܥܐܠ ܡܢ ܬܪܥܐ *ingrediens ex porta*; ܣܠܩ ܡܢ ܕܘܟܬܐ ܐܚܪܢܝܐ *ascendens ex alio loco*, (per alium locum), *Joan.* 10, 1. 2. Chaldaei id exprimunt per: מֵעַל בְּתַרְעָא *ingredi per portam.* Conf. Marc. 7, 19. καὶ εἰς (pro: δια) τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, *et in* (per) *latrinam exit.*

2. ܟܕ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܩܪܨܘܗܝ *cum comederent frusta, seu carnem ejus*, i. e. eum accusarent, calumniarentur, Matth. 27, 12; דְּי אֲכָלוּ קַרְצוֹהִי *qui eum accusaverunt*; ܐܬܐܟܠ ܠܗ ܩܪܨܘܗܝ *accusatus est*, *Luc.* 16, 1. Hinc: ܐܟܠ ܩܪܨܐ, אָכֵל קַרְצָא *accusator, obtrectator*, διαβολος, Matth. 4, 1. 5. 8. 11. 25, 41; ܡܐܟܘܠܬ ܩܪܨܐ *accusatio, obtrectatio*

Rom. 1, 30. Hebraei id exprimunt per: אָכַל בָּשָׂר *comedit carnem* (alterius).

3. *Necessum esse*, pro quo exprimendo linguis Orientalium verbum deest, Syri reddunt per ܐܠܨ *coegit*, ut: ܐܠܨܐ ܠܝ ܨܒܘܬܐ *cogit me res*, pro: necessum habeo, vel necesse est; *Phil.* 1, 24. ܗܠܝܢ ܕܐܠܝܨܢ *ea, quae coguntur*, pro: αναγκαια *necessaria, Act.* 15, 28.

4. Ope verbi ܐܬܐ Syri varias phrases formant, ut: ܕܬܬܩܕܡ ܬܐܬܐ ܠܟ *quod ante te venias* i. e. proficias, progrediaris, *I. Tim.* 5, 15. ܐܬܝܬ ܒܬܪ ܝܘܠܦܢܝ *secutus es meam doctrinam;* ܕܐܬܝܢ ܗܘܝ ܒܬܪܗ *quae eum secutae erant*, conf. ὀπισω ἐλθειν *Matth.* 3, 11. 4, 19. 16, 24. *Marc.* 1, 17. 8, 34. *Luc.* 9, 23. 14, 27. *Joan.* 12, 19. ܐܬܝܢ ܗܘܝ ܕܡܥܘܗܝ *veniebant lacrimae ejus*, germ. *die Thränen kamen ihm*, pro: lacrimabatur, collat. *Ezech.* 24, 16. וְלֹא תָבוֹא דִמְעָתֶךָ *nec oborientur tibi lacrimae.*

5. ܐܬܒܐܫ ܠܗܘܢ *malum fuit* seu *visum est illis*, i. e. *displicuit, Matth.* 26, 8. Chald. שְׁגִיא בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי *valde ei displicuit;* Hebr. רַע בְּעֵינָיו.

6. ܒܛܠ *desiit, vacavit,* deinde ut Latinorum: *vacare literis,* pro: *operam dare, studere.* ܠܐ ܒܛܝܠܐ ܠܟ *nonne curae tibi est? an nihil tua interest? Marc.* 4, 38., ܐܬܒܛܝܠ ܥܠܘܗܝ ܒܛܝܠܘܬܗ *vacavit super eo* pro: *curam ejus gessit.*

7. *Fiducia* (παῤῥησια) redditur per: ܓܠܝܢ ܐܢܝܢ ܐܦܝܢ *retecta est facies nostra,* i. e. παῤῥησιαν ἔχομεν, *fiduciam habemus, I. Joan.* 3, 21., unde: ܓܠܝܘܬ ܐܦܐ et ܐܦܐ, ܦܪܗܣܝܐ *retectio faciei,* pro: παῤῥησια *Phil.* 1, 20. *I. Tim.* 3, 13. *Hebr.* 3, 6. Ita quoque: ܦܪܗܣܝܐ ܓܠܐ *retecto oculo,* pro: *aperte, palam Joan.* 16, 25. 18, 20. *II. Cor.* 3, 12. *Hebr.* 4, 16. Chaldaei dicunt: גְּלֵי אוּדְנָא *aurem retexit,* pro: *revelavit, intelligentiam praebuit.*

8. ܟܪܝܬ ܠܗ ܒ — scil. ܪܘܚܐ vel ܢܦܫܐ, *confossus, abscissus vel decurtatus est ei,* scil. *spiritus* i. e. *tristatus est, Luc.* 18, 23. 24. Chaldaice idem: מִן דְּכַרְיָא רוּחֵהּ. Similis, non vero eadem, phrasis est: ܕܠܐ ܬܬܟܪܐ ܠܟܘܢ, *ut ne succidatur vobis* scil. *halitus* vel *spiritus* i. e. *ut ne segnescatis, Hebr.* 6, 12. inde: ܟܘܪܗܢܐ *torpor, negligentia,* 10, 39. Hebr. קְצַר רוּחַ. Contra vero: ܢܓܝܪ ܪܘܚܗ *protrahens spiritum suum, longanimis,* I. Cor. 13, 4.

ܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ vel ܡܓܪܬ ܪܘܚܐ, *longanimitas*, I. Tim. 1, 16. Hebr. 6, 12. חוּבָא נַגִּירָא הִיא רוּחָה *caritas longanimis est*.

9. ܡܛܝܐ ܒܐܝܕܝ ܡܪܗ *pertingens in manibus domini ejus* i. e. *potest dominus ejus*, *Rom.* 14, 4. ܕܡܛܝܐ ܒܐܝܕܘܗܝ, *qui potest*, *Hebr.* 11, 19.

10. ܒܐܦܐ ܢܣܒܝܢ ܐܢܬܘܢ *faciem accipitis* προσωποληπτεῖτε *Jac.* 2, 9. ܡܣܒ ܒܐܦܐ *acceptio faciei*, προσωποληψία *Matth.* 23, 28. ܢܣܒ ܒܐܦܐ *acceptor facierum, hypocrita,* Matth. 7, 5. Chaldaice vero dicitur sensu bono: נְסֵיבִית אַפָּךְ *honore te prosequutus sum*. Usurpatur etiam ut Hebr. לְפָנִים et לִפְנֵי, v. c. ܩܕܡ ܐܦܝܟܘܢ *coram vobis*.

11. ܕܬܥܒܕܘܢ ܡܣܩܢ ܠܪܫܐ *ut faciatis ascendere ad caput*, *vel ad summum* i. e. *ad felicem exitum perducatis*, *V. Mos.* 29, 9.

12. ܢܦܩ ܗܘܐ ܪܘܚܐ *spiritus vel halitus exibat*, i. e. *defendebat se*, *Act.* 26, 1; ܒܡܦܩ ܪܘܚܝ *in apologia mea*, *II. Tim.* 4, 16.; chald. פִּתְחוֹן פֶּה Conf. *Kirsch.* Chrestom. p. 37. lin. 7. ܥܒܕ ܡܦܩܐ ܒܪܘܚܐ ܠܚܟܝܡܐ, *fecit eductionem in spiritu* (i. e. fecit excusationem) *Chakimo*.

13. ܕܢܣܝܡܘܢ ܒܪܝܫܐ *ut ponerent in capite*, pro: *punirent*, *Act*. 4, 21., unde: ܣܝܡܬ ܒܪܝܫܐ, vel conjunctim: ܣܝܡܬܒܪܝܫܐ *positio in capite*, pro: *poena*, *supplicium*, *Act*. 22, 5. *Hebr*. 10, 29. ܣܡ ܥܠ *cinxit*, *circumdedit*; ܣܡ ܟܬܒܐ ܥܠ *composuit librum contra* (aliquem). *Asseman*. *T. I. bibl. Or. p.* 169. ܣܡܬ ܒܠܒܟ *posuisti in corde tuo* i. e. *constituisti*, *Act*. 5, 4. Hebr. שׂוּם לֵב עַל, et Chald. שְׂוָא לֵב *deliberavit*, *consideravit*; ܣܡܬ ܒܪܥܝܢܝ *posui in mente mea* i. e. *decrevi*, *Tit*. 3, 12. (cujus phrasis significatio in deteriorem quoque partem flexa occurrit, v. c. ܣܝܡܬ ܡܚܫܒܬܐ, *suspicio*, *I. Tim*. 6, 4.); ܣܡܢ ܠܒܢܝܐ, *posuit nos in filios* i. e. *adoptavit*, *Eph*. 1, 5. ܣܝܡܘ ܠܟܘܢ ܣܝܡܬܐ, *ponite vobis positiones* i. e. *congerite vobis thesauros*, *Matth*. 6, 19. 20.

14. ܣܢܝܩܐ ܗܘܐ ܠܗ *Opus erat ei*, i. e. *oportebat eum*, *Joan*. 4, 4. ܒܝܫܐܝܬ ܥܒܝܕܝܢ, *male adfecti*, i. e. *aegroti*, *Marc*. 1, 32. 34. 2, 17.

15. ܥܒܪ ܥܠ ܚܡܪܐ *transiens super vinum*, i. e. παροινος *vinosus*, *I. Tim*. 3, 3. *Tit*. 1, 7.

16. ܥܠ ܠܗ ܠܫܢܘܗܝ, *intravit sibi in annos suos*, i. e. ἡλικιαν ἐχει, *aetatem habet*, germ.

Er ist zu seinen Jahren gekommen, *Joan.* 9, 21. 23. collat. hebr. בָּא בַיָּמִים *I. Mos.* 18, 11.

17. ܫܕܪܬܘܢ ܒܳܬܪܝ, *misistis post me* i. e. μετεπεμψατε με, germ. Ihr habt nach mir geschickt; *Luc.* 19, 28.

18. ܡܪܡܐ ܪܓܠܬܐ ܥܠ ܐܪܥܐ *jacere vel figere pedes humi* i. e. *ire*, *Michael. Chrestom.* p. 79; ܪܡܐ ܒܥܪܣܐ, *projectus in lectum* i. e. *ex morbo decumbens*, *ibid.*; Hebr. נָפַל בְּמִשְׁכָּב, *II. Mos.* 21, 18. Chald. נְפַל לְבוּטְלָן; ܐܪܡܝ ܣܚܘܬܐ *projecit natationem*, i. e. *natavit*, *Act.* 27, 42. 43. ܐܪܡܝ ܠܒܢܐ *lateres confecit*, *II. Mos.* 5, 7. 16.; ܐܪܡܝ ܣܗܕܘܬܐ ܒܥܡܐ, *projecit testimonium in populum*, i. e. *obtestatus est populum*, *II. Mos.* 19, 12.

19. ܙܩܦ, זָקַף *sustulit*, *erexit*, *elevavit*, ܐܙܕܩܦ *elevatus*, *in crucem actus est*; Joh. 3, 14. 12, 32. coll. Luc. 23, 32.

